Quinta difficultas.

253 Quinta difficultas est, an malitia intentionis inficiat totaliter electionem boni medii, vel potius aliqualiter cum ea consistat, itaut actus ille sit simul bonus, & malus. Affirmant posse simul consistere Almain. *tract. 1. Moral. c. 12.* Cajetan, *par. 2. q. 18. art. 9.* Corduba *l. 2. q. 23.* Granad. *controv. 2. tract. 14. disp. 1.* Negant alii communiter Vasquez, Suarez, Salas, Valentia, Montesin. Salmant. Medina, Curiel, Amicus, Aversa, Arriaga, & alii passim asserentes à mala intentione vitiari simpliciter electionem boni medii, si hæc intrinsecè attingat illud medium, & sit verè causa illius, sicut è contra dicendum est, bonam intentionem vitiari simpliciter ex malo medio; quia licet talis finis sit materialiter bonus, formaliter tamen, quatenus finalizat, est malus, quia finalizat volitus objectivè per malum medium, ac proindè redditur malus ex circumstantia, quæ vocatur *quibus auxiliis*, ac etiam finalizat causando illud medium malum, cùm omnis finis sit causa electionis mediorum, redditur etiam malus ex circumstantia *quid*, quatenus denotat effectum secutum. Fundamentum est cummune pronunciatum ex Dionys. Bonum est ex integra causa, malum ex quocunque defectu, quod ita explicat Doctor *quol.* 18. ut bonitas moralis consurgere debeat ex integritate omnium; quæ ad actionem humanam requiruntur, itaut una sola circumstantia deficiente, totus actus dicatur simpliciter malus. Confirm. quia bonitas moralis ex dictis consistit in conformitate ad regulas morum, seu ad rationem, quæ est proxima moralitatis regula; sed recta ratio dictat actum, ad hoc ut sit bonus, debere excludere omnem obliquitatem, & deviationem tam ex parte objecti, quàm circumstantiarum ergo &c. Demum, si posset esse aliquis actus bonus ex objecto, & malus ex fine, tunc idem actus esset simul meritorius & demeritorius; quam consequentiam non video, qua ratione negaverit Cajet. cùm ratio meriti, & demeriti sequatur velut passio ad bonitatem, seu malitiam moralem.

254 Respondent bonitatem ex objecto desumptam esse actui essentialem, ac proindè impediri non posse ex appositione mali finis extrinseci, quin refundatur in actum; quarè dum jejuno ex vana gloria remanet talis actus ex objecto essentialiter bonus, & solum accidentaliter inficitur ex circumstantia mali finis extrinseci. Contrà, quia licet bonitas temperantiæ sit veluti in actu primo essentialis tali actui ex objecto, quatenus hoc talem bonitatem aptum est in illum refundere, tamen in actu secundo, & exercito non semper eam refundit, quando adsunt impedimenta; quarè sicut interveniente ignorantia, aut defectu libertati non refunditur, ita neque refunditur interveniente mala circumstantia, quia bonum est ex integra causa. Confirm. quia ut constat ex dictis suprà, ut objectum suam honestatem refundat in actum, vel debet intendi, ut formaliter honestum, vel saltem ut utile ad ulteriorem finem honestum consequendum, itaut ipsa honestas, ut sic, sit fundamentum talis utilitatis; sed nequit objectum honestum volitum propter malum finem ullo ex his modis intendit; ergò sic volitum nequit in talem volitionem suam formalem bonitatem refudere; minor probatur, quia quando objectum honestum intenditur propter malum finem, intendi non potest cum conformitate ad rectam rationem, & regulam morum, siquidem talem conformitatem objectivam habere nequit in ordine ad rationem, nisi consideretur vel ut honestum in se, vel saltem, ut utile ad aliquem finem honestum; ordinatio autem ad malum finem quod est motivum, propter quod voluntas tendit in medium honestum propter malum finem omnem talem conformitatem excludit obiectivam a medio, & consequenter omnem formalem ab actu.

255 Sed Obiicies, quia in naturalibus bonitas naturalis alicujus rei potest stare cum aliquo ejus defectu, ut patet in homine, cui deest aliquis oculus; ergo etiam in moralibus bonitas essentialis quæ sumitur ex objecto, poterit stare cum malitia ex fine, vel alia circumstantia. Confirmatur ex regula Iuristarum quod *utile per inutile non vitiatur L. 1. ff. de verb. oblig.* si ergo actus electionis ex parte medii est bonus, per malitiam finis non vitiabitur. Deniq; est etiam regula Canonistarum & Theologorũ posse actum excusari a tanto, & non a toto; ergò datur vel dari potest actus partim bonus, scilicet ex objecto, & partim malus scilicet, ex fine, vel è contrà. Respondeo ex Scoto *quol.* 18. duplicem esse bonitatem naturalem, aliam primariam, quæ dicitur entitativa, & essentialis, & est passio entis; aliam secundariam, & accidentalem; si fiat sermo in assumpto de bonitate naturali secundaria negatur, quia etiam in naturalibus dicitur turpis facies, quæ una tantùm notabili parte sit deformis; si verò de primaria, ac entitativa, concesso assumpto, negatur paritas, quia cum perfectione essentiali stat defectus, seu imperfectio accidẽtalis; illa namque sumitur præcisè ab eo, quod est à parte rei; at bonitas moralis non sumitur ex objecto, ut est à parte rei, sed prout regulatum per regulas morum, & à prudentia dictatum; hæc autem proponit objectum benè circumstantionatum, & excludit omnem obliquitatem, ac defectum; atque ideò in moralibus in uno, ac eodem actu, bonitas ex parte objecti, & malitia ex parte circumstantiæ consistere nequeunt.

Ad Confirmationem Alciatus in d. L. ait illud axioma veritatem habere in his, quæ separationem accipere possunt, qualis est actus cõstans ex pluribus partibus; falsum autem esse in individuis, ubi per individuum, rem intelligit, sive opus, quod non accipit divisionem sine corruptione; itaque bonitas actus in proposito ex malo fine vitiatur, quia actus præsertim interior secundum suam formam, ut moralis, est indivisibilis in hoc sensu, quatenus ejus bonitas consistit in integritate omnium, & singulæ circumstantiæ totum afficiunt actum, ut v. g. si comedit quis loco, quo non decet, sed tantum cibum, quantum oportet, in ista comestione non potest assignari aliqua realis pars distincta, quæ sit affecta mala circumstantia, & altera, quæ sit affecta bona circumstantia, sed tota entitas illius actionis est facta in loco incongruo; quod si actus ita consteret ex pluribus partibus, ut assignari queat una pars affecta mala circumstantia, & alia non, ut patet de recitatione divini officii, quæ ab initio cum attentione fieri potest, & in fine cum distractione: tunc circumstantia mala non afficit totum actum secundum totam suam durationem, sed solùm illam partem, quæ sit tempore distractionis, & tunc verificatur regula, quod utile per inutile non vitiatur. Ad ult. negat consequentia, cùm hoc enim quod actus excusetur à tanto, & non à toto, stat adhuc esse simpliciter, & totaliter malum, minoris tamen malitiæ, & ideò minori pæna dignum ex aliqua circumstantia; ita qui fornicatur ex gravi tentatione excusatur aliqualiter à peccato, scilicet, à magnitudine culpæ, quam turpitudo actus sua natura habere potest, sed non à toto, idest; à specie fornicationis.

256 Deindè obiicies, circumstantia mala finis adiuncta objecto honesto nõ tollit intrinsecam honestatem ipsius; ergò nec tollit, quin illam possit actui humano communicare in ipsum tendẽti; consequentia patet; probatur assumptum, quia quando circumstantia mala non opponitur virtuti, cui extrinsecè tãtùm adiungitur, non tollit honestatem illius. Confirm. quia potest honestas virtutis, ut sic, esse medium ad malum finem consequẽdum v. g. vanã gloriam; ergo potest eligi tale medium ad talem finem consequendum, ut honestum formaliter, vel saltem, ut utile ad finem honestum consequendum; consequentia patet, probatur assumptum, quia non potest eleemosina v. g. concedere ad talem finem, nisi quatenus operantem reddit laude, vel gloriam dignũ nec potest sic reddere dignum, nisi tanquam honestum intendatur. Tandem adhuc appofito fine vanæ gloriæ, actus largiendi eleemosinam est elicitus à virtute misericordiæ, & actus jejunandi à virtute temperentiæ; ergò actus illi adhuc manent cum sua honestate essentiali ex objecto desumptum, & solum accidẽtaliter inficiuntur ex fine. Respondeo quod circumstantia mala finis adjuncta objecto honesto, licet non tollat intrinsecam honestatem ejus in actu primo, tollit tamen in actu secundo, quatenus impedit, ne infundantur in actum; objectum namq; honestum non communicat honestatem suam actui, utcunque in ipsum tendenti, sed eo modo, quo proponitur, & præcipitur prudentia; hæc autem præscribit, quod actus tendat in objectum benè circumstantionatũ, ut honestatem ab eo desumere possit.

Ad Confirmationem negatur assumptum; eo enim ipso quod objectum honestum assumitur, ut medium ad malum finem, assumitur, ut honestum formaliter, quia non assumitur, ut prudentia dictatur assũmendum esse; ad probationem dico, ut medium virtutis conducat ad vanæ gloriæ consecutionem, satis esse, quod assumatur, ut honestum materialiter tantùm, & cum quadam specie honestatis apparentis; hoc enim, sufficit, ut operantem laude, & gloriam dignum reddat apud homines putatiuè, qui de externis tantum judicant.

Ad ultimum negatur etiam assumptum, nempè eos actus esse ab illis virtutibus elicitos, quia habitus aliquis non induit rationem virtutis, nisi per coexistentiam ad dictamen prudentiæ, nec ulla virtus elicit actus nisi prout à prudentia regulatos, undè Arist. 2. Ethic. virtutem definivit, quod sit habitus electivus, ut prudens determinaverit, & quia prudentia non determinat objectum nisi rectè circumstantionatum, ideò virtutes suos actus non excusari a tanto, & non a toto; ergò datur vel dari potest actus partim bonus, scilicet ex objecto, & partim malus scilicet, ex fine, vel è contrà. Respondeo ex Scoto *quol.* 18. duplicem esse bonitatem naturalem, aliam primariam, quæ dicitur entitativa, & essentialis, & est passio entis; aliam secundariam, & accidentalem; si fiat sermo in assumpto de bonitate naturali secundaria negatur, quia etiam in naturalibus dicitur turpis facies, quæ una tantùm notabili parte sit deformis; si verò de primaria, ac entitativa, concesso assumpto, negatur paritas, quia cum perfectione essentiali stat defectus, seu imperfectio accidẽtalis; illa namque sumitur præcisè ab eo, quod est à parte rei; at bonitas moralis non sumitur ex objecto, ut est à parte rei, sed prout regulatum per regulas morum, & à prudentia dictatum; hæc autem proponit objectum benè circumstantionatum, & excludit omnem obliquitatem, ac defectum; atque ideò in moralibus in uno, ac eodem actu, bonitas ex parte objecti, & malitia ex parte circumstantiæ consistere nequeunt.

Ad Confirmationem Alciatus in d. L. ait illud axioma veritatem habere in his, quæ separationem accipere possunt, qualis est actus cõstans ex pluribus partibus; falsum autem esse in individuis, ubi per individuum, rem intelligit, sive opus, quod non accipit divisionem sine corruptione; itaque bonitas actus in proposito ex malo fine vitiatur, quia actus præsertim interior secundum suam formam, ut moralis, est indivisibilis in hoc sensu, quatenus ejus bonitas consistit in integritate omnium, & singulæ circumstantiæ totum afficiunt actum, ut v. g. si comedit quis loco, quo non decet, sed tantum cibum, quantum oportet, in ista comestione non potest assignari aliqua realis pars distincta, quæ sit affecta mala circumstantia, & altera, quæ sit affecta bona circumstantia, sed tota entitas illius actionis est facta in loco incongruo; quod si actus ita consteret ex pluribus partibus, ut assignari queat una pars affecta mala circumstantia, & alia non, ut patet de recitatione divini officii, quæ ab initio cum attentione fieri potest, & in fine cum distractione: tunc circumstantia mala non afficit totum actum secundum totam suam durationem, sed solùm illam partem, quæ sit tempore distractionis, & tunc verificatur regula, quod utile per inutile non vitiatur. Ad ult. negat consequentia, cùm hoc enim quod actus excusetur à tanto, & non à toto, stat adhuc esse simpliciter, & totaliter malum, minoris tamen malitiæ, & ideò minori pæna dignum ex aliqua circumstantia; ita qui fornicatur ex gravi tentatione excusatur aliqualiter à peccato, scilicet, à magnitudine culpæ, quam turpitudo actus sua natura habere potest, sed non à toto, idest; à specie fornicationis.

256 Deindè obiicies, circumstantia mala finis adiuncta objecto honesto nõ tollit intrinsecam honestatem ipsius; ergò nec tollit, quin illam possit actui humano communicare in ipsum tendẽti; consequentia patet; probatur assumptum, quia quando circumstantia mala non opponitur virtuti, cui extrinsecè tãtùm adiungitur, non tollit honestatem illius. Confirm. quia potest honestas virtutis, ut sic, esse medium ad malum finem consequẽdum v. g. vanã gloriam; ergo potest eligi tale medium ad talem finem consequendum, ut honestum formaliter, vel saltem, ut utile ad finem honestum consequendum; consequentia patet, probatur assumptum, quia non potest eleemosina v. g. concedere ad talem finem, nisi quatenus operantem reddit laude, vel gloriam dignũ nec potest sic reddere dignum, nisi tanquam honestum intendatur. Tandem adhuc appofito fine vanæ gloriæ, actus largiendi eleemosinam est elicitus à virtute misericordiæ, & actus jejunandi à virtute temperentiæ; ergò actus illi adhuc manent cum sua honestate essentiali ex objecto desumptum, & solum accidẽtaliter inficiuntur ex fine. Respondeo quod circumstantia mala finis adjuncta objecto honesto, licet non tollat intrinsecam honestatem ejus in actu primo, tollit tamen in actu secundo, quatenus impedit, ne infundantur in actum; objectum namq; honestum non communicat honestatem suam actui, utcunque in ipsum tendenti, sed eo modo, quo proponitur, & præcipitur prudentia; hæc autem præscribit, quod actus tendat in objectum benè circumstantionatũ, ut honestatem ab eo desumere possit.

Ad Confirmationem negatur assumptum; eo enim ipso quod objectum honestum assumitur, ut medium ad malum finem, assumitur, ut honestum formaliter, quia non assumitur, ut prudentia dictatur assũmendum esse; ad probationem dico, ut medium virtutis conducat ad vanæ gloriæ consecutionem, satis esse, quod assumatur, ut honestum materialiter tantùm, & cum quadam specie honestatis apparentis; hoc enim, sufficit, ut operantem laude, & gloriam dignum reddat apud homines putatiuè, qui de externis tantum judicant.

Ad ultimum negatur etiam assumptum, nempè eos actus esse ab illis virtutibus elicitos, quia habitus aliquis non induit rationem virtutis, nisi per coexistentiam ad dictamen prudentiæ, nec ulla virtus elicit actus nisi prout à prudentia regulatos, undè Arist. 2. Ethic. virtutem definivit, quod sit habitus electivus, ut prudens determinaverit, & quia prudentia non determinat objectum nisi rectè circumstantionatum, ideò virtutes suos actus non excusari a tanto, & non a toto; ergò datur vel dari potest actus partim bonus, scilicet ex objecto, & partim malus scilicet, ex fine, vel è contrà. Respondeo ex Scoto *quol.* 18. duplicem esse bonitatem naturalem, aliam primariam, quæ dicitur entitativa, & essentialis, & est passio entis; aliam secundariam, & accidentalem; si fiat sermo in assumpto de bonitate naturali secundaria negatur, quia etiam in naturalibus dicitur turpis facies, quæ una tantùm notabili parte sit deformis; si verò de primaria, ac entitativa, concesso assumpto, negatur paritas, quia cum perfectione essentiali stat defectus, seu imperfectio accidẽtalis; illa namque sumitur præcisè ab eo, quod est à parte rei; at bonitas moralis non sumitur ex objecto, ut est à parte rei, sed prout regulatum per regulas morum, & à prudentia dictatum; hæc autem proponit objectum benè circumstantionatum, & ex-

lus det ob aliquem pravum finem, in tali enim casu largitio erit simul bona, & mala. Respondeo legem interdum præcipere actus bonos quod substantiã, non curando de modo adimpletionis, & tunc per actum bonum materialiter tantùm adimpletur præceptum, licet sit formaliter malus, quia nimirum lex præcepit pręcisè actum circa tale obiectum bonum, non autem cum omnibus circumstantiis simpliciter requisitis ad bonitatem actus. Ad Confirm. potest utique idem actus exterior relatus ad voluntatem unius esse illi malus, & ad voluntatem alterius esse illi bonus; quia prava voluntas unius non afficit actum prout est à voluntate alterius, ut patet de passione Christi, utique in le optima, mala autem respectu crucifigentium; respectu tamen ejusdem voluntatis nunquam potest idem actus esse simul bonus, & malus.

QVÆSTIO QVINTA.

An actus externus addat aliquid bonitatis, vel malitiæ actui interno.

258 NOmine actuum externorum, ut hic passim Auctores advertunt, intelliguntur omnes illi, qui non eliciuntur à voluntate, sed tantùm imperantur: veluti sunt actus intellectus, sensus, appetitus, & membrorum externorum, quatenus arbitrio, ac imperio voluntatis sunt obiecti: Certum est autem apud omnes actum exteriorem bonum, vel malum in sua bonitate, vel malitia formali, ac veluti in esse exercito, dependere ab actu interno imperante bono, vel malo, qua ratione Scotus *loc. cit.* actum exteriorem appellat bonum, vel malum materialiter, & secundariò, idest, dependenter ab actu interiori, itaut hoc ablato actus exterior nullo pacto esset bonus, vel malus, ratio est, quia actus exterior, & quicunque imperatus non habet libertatem, nisi dependenter ab actu interiori; nam immediatè est necessarius, cùm procedat à principio determinato, & non indifferenti; ergo in sua bonitate, vel malitia formali dependet ab actu interiori; consequentia patet, quia actus non potest esse bonus, vel malus in genere moris, nisi sit liber, actus autem exterior est liber dependenter ab actu interiori. Si dicas, actum interiorem esse bonum, vel malum, quia respicit exteriorem bonum, vel malum, ergò potius bonitas, & malitia primariò est in actu exteriori, & postea in interiori dependenter ab illo. Responsio constat ex dictis *n. 178.* ex hoc tantùm deduci bonitatem, & malitiam obiectivam, ac veluti in esse signato prius convenire actui exteriori per modum obiecti modo ibidem declarato; res autem è contrà se habet loquendo de bonitate, vel malitia formali, ac veluti in esse exercito ob rationem allatam; neq; ex hoc ullus sequitur vitiosus circulus, aut dependentia mutua quoad idem; nam interior, & imperans dependet à bonitate, vel malitia objectiva exterioris, & imperati; & hic è contrà accipit ab interiori, & imperante bonitatem, & malitiam, non quidem obiectivam, sed formalem, & actualem.

259 Hoc igitur supposito, quæstio est, an quando in eodem supposito actus externus sequitur internum circà idem obiectum v. g. elargitio eleemosinę volitionem eius; vel actualis fornicatio efficacem eius volitionem, nùm addat propriam, ac distinctam bonitatem, vel malitiam suprà eam, quæ jam in interiori supponitur esse; quod neque intelligendum est tantum de additione intensiva, ut notat Scotus *quol.* 18. A. sed præsertim est quæstio de extensiva; siquidem de intensiva loquendo, certum est actum exteriorem regulariter addere aliquid bonitatis, vel malitię actui interiori caulaliter, vel occasionaliter, quia eo posito intenditur internus, ut docet Aug. *9. de Trin. c. ult.* & ipsa experientia constat; qui enim re ipsa martyrium patitur regulariter ex hoc capite plus meretur, quàm qui illud etiam efficaciter exoptat: dùm enim re ipsa patitur, occasionem habet eliciendi novos, ac plures, & intensiores actus, & dùm re ipsa quis fornicatur, hic actus exterior reddit utrq; affectum interiorem fornicandi intensiorem, quàm anteà esset; tota igitur difficultas est de additione bonitatis, & malitia extensiva, itaut sensus quæsiti sit, inquit Doctor; an actus exterior, quando in eodem supposito coniunctus est cum interiori, habeat propriam, ac distinctam bonitatem, vel malitiam superadditam illi, quæ supponitur in actu interiori, ratione cuius tota bonitas, vel malitia interna, vel externa extensivè sit maior, adeout qui habet actum internum simul cum externo sit maiori præmio, vel pœna dignus, quàm si solùm haberet actum internum etiam efficacem ab externo separatum ob aliquod impedimentum; ut v. g. volens efficaciter committere homicidium sed non potest illud exequi ob aliquod impedimentum, tantum demereatur, ac tantam contrahat malitiam quantùm si actu exteriori homicidium patraret, & è contrà, an volens efficaciter martyrium pro Christo pati, sed non potens id exequi ob occasionis defectum, tantùm mereatur, ac si re ipsa martyrium subiret.

260 In hac famosa controversia partem affirmantem docuit Scotus 2. *dist.* 42. *q.* 4. §. *quantum ad* 2. & ex professo *quol.* 18. *ar.* 3. Alensis 2. *par. q.* 107. *memb.* 8. *ar.* 2. & 4. *par. qu.* 77. *memb.* 3. *art.* 3. D. Bonav. 2. *dist.* 4. *ar.* 2. *qu.* 1. & *dist.* 42. *ar.* 1. *qu.* 2. quem miror pro opposita citari sententia cum ibi in corpore quæsiti benè explicet, quomodo opus addat aliquid ad bonitatem, & nequitiam voluntatis: idem docent Scotistæ omnes veteres *loc. cit.* Bassolius, Tataretus, Lichetus, Gratianus, Rubion, item Recentiores, Angles, Herrera *disp.* 33. *qu.* 2. Poncius *disp.* 21. *qu.* 7. Faber de pœnitentia *disp.* 2. Vulpes *disp.* 74. *ar.* 3. & 4. qui duo postremi aiunt actum exteriorem addere bonitatem, vel malitiam interiori; non tantùm numero distinctam, sed etiam specie: quam sententiam amplectuntur etiam quidam Juniores extrà nostram scholam, ut Ripalda *disp.* 68. *sect.* 5. Amicus *disp.* 18. Granad. *p.* 2. *tract.* 14. *controv* 2. *disp.* 6. *sect.* 2. & alii. Negantem verò partem docet universa Thomistarum Schola cum D. Thoma *p.* 2. *q.* 2. *ar.* 3. & 4. Caiet. Medina, Conradus, Alvarez, Salmaticenses. Suarez, Vasquez, Salas, Ovvied, Calpensis, Arriaga, Aversa, Valentia, Serra, Hacquetus, Lezana, Morandus, & alii passim.

Plures tamen huius negantis sententiæ sectatores fortè rationibus pressi opinionis oppositę hoc ita explicant, quod cum dicunt actum exteriorem nihil bonitatis, vel malitiæ addere actui interiori, nihilque meriti, vel demeriti, id debere intelligi, inquiunt, tantum in ordine ad præmium, vel pœnam essentialem; quia alioqui quoad accidentalem pœnam, vel pręmium, malus aliquid respondebit illi, qui re ipsa peccavit ob pœnam gaudium in Beatis, & tristitia in damnatis; atque ita concludunt actum exteriorem secundum quid tantum hominem meliorem, aut peiorem efficere, non verò simpliciter; ita Aversa *q.* 20. *sect.* 5. Serra *q.* 20. *ar.* 4. Pallavicin. *disp.* 9. *q.* 2. *ar.* 4. Suarez *disp.* 10. *sect.* 2. ex Riccard. Durand. Capreol. Caiet. & aliis antiquioribus, undè cum meritum, vel demeritum sequantur bonitatem vel malitiam humanorum actuum, veluti passiones concedunt actum exteriorem addere aliqualem bonitatem, vel malitiam interiori, qualis nimirum, & quanta sufficit in ordine ad præmium, vel pœnam accidentalem; ex quo factum est, ut non sine fundamento aliqui sint opinati hanc esse controversiam de solo nomine; quia hoc solum sufficit ad astruendam distinctam bonitatem, vel malitiã in actu exteriori suprà interiorem tùm etiã quia gratis negatur actui externo augmentũ quoque præmii vel pœnæ essentialis. Vndè Rubion 2. *dist.* 42. *q.* 1. *ar.* 2. referens hunc dicendi modum, ut fuis temporibus valdè communem, ita eum refert, ut eius Auctores admitterent quidem in actu exteriori distinctam bonitatem; vel malitiam ab ea, quæ est in interiori, non nisi tamen sufficientem ad aliquod præmium, vel pœnam accidentalem; quarè si ita sentiunt Thomistæ, ut explicat Serra, Divi Thomæ sententiam *loc. cit.* jam cum Scoto conveniunt; & sola remanet quæstio, an bonitatis & malitiæ actus exterioris, possit correspondere quoque pręmium, vel pœna essentialis.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur quæstum affirmativè.

DIcendum est cum prima sententia actum exteriorem habere distinctam bonitatem, vel malitiam superadditam illi quæ supponitur in interno, itaut cum ipso faciat maiorem, vel minorem bonitatem, vel malitiam extensivè quam quidem ceteris pariibus solus internus non haberet. Hoc assertum probat Doctor *quol.* 18. *ar.* 3. expresso D. Aug. testimonio 13. de Trin. *c.* 5. dicentis. *mala voluntate, vel quilibet miser efficitur. sed miserior potestate qua desiderium malæ voluntatis adimpletur*, hoc autem, inquit Doctor, non potest intelligi de miseria pœnæ, quia desiderans, & non potens habere, quod desiderat, plus habet de pœna, quàm ille cuius desiderium impletur; Intelligitur ergo de malitia culpę, atque ideò actus malus exterior addit ad miseriam culpæ, quæ præsuit in actu interiori malo, & idem erit de bonitate à paritate rationis. Respondent Adversarii Augustinum loqui de incremento intensivo malitiæ, non autem extensivo, quatenus volitio interna intensior redditur occasione actus externi modo explicato *n.* 259. Sed Contrà, quia licet hæc solutio possit habere locum in quibusdam actibus internis, non tamen in omnibus; siquidem ea, quæ fiunt ex metu, tollunt ab actibus internis intensionem, ut proiectio mercium datio bursæ latroni, ne occidat, & similes actus externi ex metu elici volitionem internam remittunt; & actus externi ex concupiscentie elicii, licet dum actu fiunt, volitionem intendant, quia tunc maiori impetu, & voluptate voluntas fertur in obiectum concupitum; tamen ex alla parte libertatem diminuunt, & consequenter miseriam culpæ; ergò si tales actus exteriores non habent in se malitiam propriam, quam addant, non facient voluntatem miseriorem; cùm igitur August. universaliter dicat peiorem esse voluntatem, quæ vult malè operari, & simul malè operatur; quam si suum desiderium non adimpleat, certè non potest intelligi de solo incremento intensivo.

262 Respondent alii, voluntatem internam fieri miseriorem per actum externum, quia consumatur per illum, & in hoc sensu concedit Aversa, quod accrescit veluti extensivè miseria per executionem peccati, quia scilicet, non tantùm interius, sed etiam exterius homo peccat. Sed Contrà rursus, nam hæc consumatio vel addit actui interno perfectionem intensivam, vel etiam extensivam; si primum, reiicitur, ut suprà; si secundum, ut concedit Aversa, jam habetur intentum; quia cùm exterius homo peccat; vel novum peccatum committit saltem partiale integrans cum actu interno unum totale peccatum, vel non; si primum, habetur intentum, si secundum, jam fallum erit, quod accrescat extensivè miseriam voluntatis per executionem peccati contrà expressa August. verba, ac etiam ipsius respondentis.

Confirmatur, ex Rubione, quia omne tale coniunctum tali facit magis tale, vel intensivè, si ex utroque fiat aliquid per se unum; vel si non, saltem extensivè; sed tam actus voluntatis interior elicitus, quàm exterior imperatus, ut illi coniunctus, est moraliter bonus, vel malus; ergo vel major bonitas, aut malitia moralis intensivè, vel saltem plures extensivè, & numero distinctæ sunt, ubi coniungitur cum interiori actus exterior, quàm ubi est sine exteriori interior; minor probatur, quia omnis actus natus fieri conformiter, vel difformiter recto rationis dictamini est moralis, & per consequens bonus moraliter, vel malus, sed talis est non tantùm actus voluntatis interior elicitus, sed etiam exterior imperatus illi coniunctus, ergo &c.

264 Respondent Serra cum alii *loc.cit.* gratis concedendo Augustinum non tantum esse locutum de argumento intensivo, sed etiam extensivo; non tamen in eo sensu, quasi id, quod de bonitate, vel malitia addit actus exterior suprà interiorem, augeat bonitatem, vel malitiam simpliciter in ordine ad præmium, vel pœnam essentialem; sed solùm secundum quid in ordine ad præmium, vel pœnam accidentalem; sicque non simpliciter, sed solùm secundum quid hominem meliorem, vel peiorem efficere. Contrà, quia hoc solùm sufficit ad astruendam in actu externo propriam bonitatem, & malitiam diversam à bonitate, & malitia interni, etenim præmium, ut sic correspondet bonitati, & merito, sicut pœna malitiæ, & demerito; ergo si actui exteriori secundum se, dummodò sit cum interiori coniunctus, correspondet proprium præmium, vel pœna, aut supplicium, sive essentiale fuerit, sive accidentale; propria quoque correspondebit bonitas, vel malitia; quarè sic respondendo Thomistæ jam nobiscum convenirent, ut supra dicebamus. Tùm etiam quia, ut jam patebit, gratis omninò negari videtur præmium quoque essentiale, vel pœnam essentialem actui externo correspondere posse, cùm omnes habeat conditiones requisitas ad habendum præmium, vel pœnam, ut sic; si enim ad hoc, ut inquiunt, requiritur actum esse liberum, quia ratio meriti, ac demeriti fundatur in voluntario libero; hæc conditio actu exteriori non deficit, quamvis enim in se, & immediatè non sit formaliter liber, quia sic consideratus procedit à potentia ad unum determinata; est tamen liber participativè, & mediante actu interiori, à quo imperativè ponitur in esse; & hoc sufficit, ut saltem secundariò, & independenter ab illo sit capax propriæ bonitatis, vel malitiæ, meriti, vel demeriti in ordine ad quodcunque præmium, vel pœnam, sive sit accidentale; sive sit essentiale; sic enim electio quoque manat ab intentione, & ab illa habet totam libertatem suam, præsertim quandò medium est unicum; & nihilominus est capax propriæ bonitatis, & malitiæ, meriti, vel demeriti. Tùm præterea, quia ex hoc, quod actus exterior necessariò sequatur ad interiorem, si est in nostra facultate; licet deduci possit, quod distinctam libertatem ab eo non habeat; non tamen benè infertur, quod habere pariter nequeat distinctam bonitatem, vel malitiam, & meritum, vel demeritum; quia plures bonitates, vel malitiæ etiam specie distinctè in una, & eadem libertate fundari possunt, quæ sit in uno actu formaliter, & immediatè; in alio verò mediatè tantùm, & participativè, ut constat in allato exemplo de electione, quando medium est unicum. Tùm denique quia, ut arguit Rubion *l. cit.* omnis actus perfectè moraliter virtuosus, & bonus meretur existenti in charitate, & cum charitate ipsum exequenti essentiale præmium: sed actus exterior bonus ab interiori præcedenti imperatus est perfectè in suo genere moraliter bonus, ergo &c. quæ ratione Pallavicinus *cit.* concedit aliquos actus supernaturales non formaliter, & immediatè liberos, si proveniant à voluntate libera honesta supernaturali, posse sine nova libertate augere meritum præmii etiam substantialis, & non accidentalis tantùm.

264 Secundò probatur ratione ab inconvenienti deducta; aliàs enim sequeretur actum externum non esse necessariò confitendum; sed sufficeret solùm voluntatem efficacem explicare occidendi, furandi &c. quod est contrà communem Ecclesiæ praxim; consequentia patet, quia tantùm peccata confiteri tenemur, & actus, in quibus est malitia. Negant Aduersarii omnes consequentiam, sed non omnes eandem assignant rationem cur, actus externos quoque confiteri teneamur, etiamsi propriam non habeant malitiam ab interiori distinctam; Aliqui dicunt confitendum esse opus externum, quia non aliter explicari potest efficax voluntas parrandi peccatum. Contrà, quia efficax hominis, vel Angeli voluntas est decretum de aliquo faciendo, quantum in ipsius est, si nihil impediat, & utraque voluntas efficax præcedit opus externum; ergo sufficienter explicabitur à pœnitente dicendo, quod desiderium habuerit efficacissimum occidendi, & furandi. Alii dicunt esse necessarium ad explicandam intensionem, & gravitatem actus interni. Contrà, quia intensio, & gravitas actus, quæ ex actu interno colligi possunt, non sunt circumstantiæ variantes speciem actus, ergo neque necessariò confitendæ; tùm quia jam suprà ostendi opera externa pænosa, & ex metu facta non intendere actum internum, sed potius remittere, Alii, ut Salas *tract.* 7. *disp.* 5. *sect.* 3. dicunt, quod per actus externos damnum proximo infertur, scandalum committitur, censuræ incurruntur, & ideò debent in Confessione aperiri, ut Confessarius remedia apponat. Sed hæ congruentiæ nec sunt universales, nec sufficientes; nam quando actus externus nihil horum haberet, v.g. in solitudine quis blasphemavit, vel se polluit, aut in siluis bestialitatem commisit, non teneretur ea confiteri, & quando posset per se pænitens remedia apponere, & absolutionem à censura in foro fori quærere; sequitur non teneri ad confessionem actuum externorum.

Respondent proindè alii, ut Suarez *disp.* 10. *sect.* 1. Aversa *q.* 20. *sect.* 5. Arriaga *disp.* 16. *sect.* 4. *n.* 38. propterea nos teneri ad confessionem actuum etiam externorum, quia licet propriam non habeant malitiam ab interiori diversam; adhuc tamè opus externum verè peccatum est, & malum, licet solùm denominativè ab interiori voluntate, tenemur autem omnia peccata confiteri loquendo de mortalibus. Addit Aversa non oportere quærere aliam rationem, cur actus quoque externi debeant confessioni subiici, nisi quia præceptum divinum confessionis ita fuit latum à Christo Domino, ut obliget non solùm de peccatis internis, sed etiam de externis, quod sanè traditione Ecclesiæ, & usu fidelis constat. Sed Contrà, quia si uterque actus tam interior, quàm exteriori re vera malus est vel illos confiteri tenemur, ut plura, & distincta peccata; vel ut unum, quatenus nempè actus externus facit unum per se peccatum cum interno; si primum, jam non una, & eadem erit utriusque malitia, sed plures, & distinctæ, sicut plura, & distincta ponuntur esse peccata; si secundum, ut asserunt Valquez & Suarez; sicut actus interior & exterior sunt unum unitate ordinis tantùm, non verò simplicitatis, & indivisibilitatis, ita eadem unitate una erit utriusque malitia, quatenus unus per alterum est malus: hoc autem non tollit, quod malitia exterioris non sit alia, & distincta saltem numero à malitia interioris. Tùm quia si malitia exterioris est prorsus eadem cum malitia interioris, adeout esset unum peccatum unitate simplicitatis, & indivisibilitatis, & non ordinis tantùm, & sufficeret solùm internum confiteri, sicut occisio Petri si esset omninò idem occisione Pauli, sufficeret alteram confiteri; Dices cum Salas actum externum facere unum peccatum cum interno, quatenus est obiectum actus interni, atque ideò in confessione explicari debere, quia ab eo derivatur malitia in actum internum. Contrà, quia hoc sufficienter explicaretur adhuc dicendo, quod fuerit efficaciter volitus, non enim magis derivatur malitia ab actu externo in internum per hoc, quod ponatur in esse, quàm si solùm efficaciter desideretur, & non in esse ponatur. Tùm tandem quia concesso, quod actus exterior faciat unum per se peccatum cum interno: adhuc redit integra difficultas, nam cum actus exterior ponitur, vel gravius peccatur extensivè, vel non; si primum, adhuc habemus intentum non obstante tali per se unitate, si secundum, ergo opus minimè est explicare illum in confessione, etiamsi faciat unum per se peccatum cum interno, sicut circumstantiæ aggravantes intrà eandem speciem faciunt etiam unum cum actibus internis: & tamen juxta probabiliorem sententiam non tenemur eas confiteri.

Quod verò addebat Aversa præcisam rationem confitendi 266
actus externos esse, quia præceptum divinum Sacramenti confessionis hac ratione à Christo fuit latum, quemadmodum constat ex traditione, & usu Ecclesiæ, non verò quia malitiam habeant distinctam à malitia internorum. Hoc inquam, minimè satisfacit, si enim actus externus nullam superaddit malitiam, nec facit hominem pejorem, quàm si non haberet ipsum, sed solùm internum: nulla posset assignari ratio, vel congruentia, cur latum fuisset tale præceptum de confessione ipsorum, dicendum ergo est etiam eorum confessionem fuisse ordinatâ, quia superaddunt malitiam actui interno, & faciunt hominem gravius peccantem extensivè. Respondent aliqui eorum confessionem fuisse ordinatam, ut homines ab eis magis retraherentur, qua etiam ratione aliqui casus reservati solent, non autem

autem quia addant distinctam malitiam. Contrà, nam ordinata fuit confessio actuum externorum ultrà internos, quia etiam actus externi sunt speciali prohibitione veriti, non minus quàm interni, ergo non tantùm ob allatam rationem latum est præceptum de eorum confessione; sed præsertim quia habent specialem malitiam suprà actus internos: tum quia ex hac obligatione ideò homines retraherentur ab actibus externis, quatenus magis erubescerent confiteri actum externum coniunctum interno, quàm solam voluntatem efficacem: sed talis maior erubescentia aliundè provenire non posset, nisi quatenus in actu externo supponeretur, vel apprehenderetur maior malitia, vel turpitudo, quam in solo efficaci desiderio illum committendi, ut benè discurrit Poncius *loc.cit.* siquidem nisi maior turpitudo concipiatur in commissione actus externi, quàm in solo eius desiderio: nulla planè esset occasio maioris erubescentiæ ex tali obligatione inductæ confitendi actus externos.

267 Respondet denique Serra, quod sicut actus bonus exterior interiori coniunctus secundum se propriam habet bonitatem, per quam ordinatur ad præmium accidentale: ità e contrà actus malus propriam habet malitiam, per quam ordinatur ad pœnam accidentalem, in quo sensu hominem efficit priorem secundum quid, atque ideò ipse quoque confessioni subiici debet. Sed hæc doctrina, ut diximus *nu.* 263. concedit, quod nos contendimus, actus nempè exteriores habere aliquam propriam bonitatem, vel malitiam, secundum quam homo efficitur melior, vel peior saltem secundum quid; nos enim quoque concedimus hominem dici meliorem, vel peiorem principaliter, & primario ex bonitate, vel malitia, actus interni, non verò externi; Tùm quia malitia, ex qua oritur demeritum pœnæ accidentalis duntaxat, levis esset, atque ideò hæc non videtur esse potissima ratio, cur sit in confessione explicanda; undè si est in confessione necessariò explicanda; hinc colligere debemus esse talem malitiam actus exterioris, ut ex ea oriatur demeritum pœnæ quoque essentialis.

268 Tertiò probatur, actui externo bono respondet speciale præmium saltem accidentale, ut ostendit D. Bernardus Epist. 77. de martyrio, & de Virginitate, & idem est de actibus externis Doctorum, quibus communiter censetur correspondere Aureola: è contrà verò actibus quibusdam externis malis in foro Ecclesiæ imponuntur pœnæ censuratum, quæ non debentur internis: ergo actus externi habent distinctas bonitates, & malitias: consequentia probatur, quia præmium, & pœna sive essentialis, sive accidentalis debentur bonitati, & malitiæ; ergo distinctum præmium, & pœnæ arguunt distinctas bonitates, & malitias. Respondent aliqui, quod si daretur casus, quod actus interior martyrii esset ità intensus, & perfectus æqualiter & per omnia, ac actus cum martyrio exteriori; ille actus interior sine martyrio esset, ità meritorius, sicut actus interior cum exteriori, pro quo adducunt illud, quod canit Ecclesia de S. Martino; *o sanctissima anima, quam & si gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrii non amisit.*

Hæc responsio D. Bernardo repugnat Epist. *cit.* 77. ubi postquam dixit, quod actus pro facto reputatur, ubi factum excludit necessitas: nè occasionem quis sumeret ex hoc dicto credendi æquè mereri omninò apud Deum, qui efficaciter vult martyrium, ac ille qui reipsa martyrium patitur, subdit, *& si meritum fidei tantum valeat ad iustificationem sine martyrio, ac cum eo; non tamen tantum valet ad cumulũ meriti*; ergo etiam in præfato casu plus meretur qui reipsa martyrium patitur, quam qui æquè efficacem habet voluntatem illud patiendi, sed ex defectu occasionis reipsa illud non patitur. Ad illud verò, quod adducitur de S. Martino; Aduersarii quoq; ipsi fatentur D. Martinum non esse consecutum martyrii aureolam, quàm consequuntur qui reipsa martyres sunt; cujus signum evidens est, quod Ecclesia pro eo celebrat officium de communi Confessorum, non verò Martyrum, sed dicunt hanc palmam ad accidentale præmium pertinere; palmam tamen martyrii pertinentem ad præmium essentiale consecutus est, & consequitur quicumque efficaciter pro Christo pati desiderat, & de hoc dicunt Ecclesiam loqui In relatis verbis de S. Martino; qua responsione admissa (licet gratis negatur actui exteriori martyrii augmentum etiam præmii essentialis] dico hoc adhuc præmium accidentale correspondens actui exteriori martyrii arguere distinctam bonitatem in ipso, ac laudabilitatem; præmium enim sive essentiale, sive accidentale correspondet actui, qua bonus, & laudabilis, est si ergò actus externus habet distinctum præmium, habebit distinctam quoque bonitatem; quam doctrinam tradidit etiam D. Bon. 2. *dist.* 40. *art.* 2. *q.* 1. in solutione adjargumentum de S. Martino, imò in corpore quæstionis disertè docet actum externum bonum addere aliquid meriti saltem de congruo, nedum in ordine ad præmium accidentale, sed etiam subitantiale supra actum internum. Ex qua doctrina facilè etiam refellitur alia communis Adversariorum solutio Valquez, Lorcè, Serræ, & aliorum, dicentium martyrio correspondere solùm præmium accidentale aureolæ, non verò essentiale: nam præterquam quod gratis ei negatur augmentum quoque præmii essentialis; jam dictum est hoc ipsum sufficere ad astruendam distinctam bonitatem in actu externo suprà internum.

Hac de causa Salas *tract.* 7. *disp.* 6. *sect.* 7. cum aliis negat ullum 269
præmium propriè dictum etiam accidentale actui externo respondere; & ait præmium dari tantùm actibus internis, quamvis dependenter ab externis, tanquam à conditione, sine qua Deus non conferret aureolam martyribus, virginis, vel Doctoribus; nec Papa indulgentias &c. & sic pariter inquiunt Ecclesiam quoque infligere excommunicationem, & cæteras alias pœnas, & censuras solis actibus malis internis, licet dependenter ab externis, tanquam à conditione. Sed contrà, tunc actus externi sive boni, sive mali tenent rationem puræ conditionis ad præmium, & pœnam, quando actu non sunt voluntarii, & liberi; ergò quando sunt actu voluntarii, & liberi, habent rationem veræ causæ meritoriè, & præmiabilis, inquantum alii sunt ab actibus internis; probatur consequentia, quia nihil eis deesse videtur ad rationem causæ; prout distinguitur à conditione merendi. Tùm quia actus externus immediatè, & per se ipsum est obsequium Dei, augetque illius honorem, & gloriam; ergò immediatè, & per seipsum respicit diversum præmium ab interno. Tùm quia si actus externus non esset immediatè per se ipsum ordinatus ad præmium aliud ab eo, quod correspondet interno; non esset magis utilis satisfactio, si coniungatur actui interno contra Trident. *sess.* 14. de satisfactione *c.* 18. Tùm præterea, quia satis de se patet opus externum conducere ad accipiendam gratiam ex opere operato virtute sacramentorum, non enim ad hujusmodi gratiam sufficit sola voluntas, & solum votum suscipiendi sacramentum, sed ulterius ipsamet susceptio requiritur; & ad Lucrandas indulgentias non sufficit opus internum, & voluntas faciendi, quod Pontifex imponit; sed præterea requiritur executio operis externi iniuncti; ergò actus externus re vera habet rationem meriti, & non puræ conditionis tantùm ad præmium.

Nec rursus valet evasio Suarez, Aversæ, & aliorum dicentium quoad hos, & similes effectus certum esse executionem 270
operis externi multum valere, nempè ad recipiendam gratiam ex opere operato virtute sacramenti necesse est reipsa suscipere sacramenta, nec satis est velle suscipere; ad Lucrandas indulgentias oportet reipsa exequi, quod Pontifex iniungit, nec satis est bona voluntas; ad satisfactionem quoque pro peccatis admodum valet operatio, seù passio satisfactoria pro pœna temporali peccato debita: quia satisfactio non tantùm sumitur ex bonitate, sed maximè ex pœnalitate actus, actus autem exterior per se affert propriam pœnam, & dolorem; Non, inquam, valet, quia licet satisfactio non tantùm sumatur ex actus bonitate, sed maximè ex ejus pœnalitate certum est non sumi ex quacunque pœnalitate, sed ex pœnalitate bona, alioquin sumi etiam posset ex pœnalitate mala, & peccaminosa; ergo in actibus externis satisfactoriis reperitur saltem pœnalitas bona, quæ erit aliqua bonitas in actu interno non reperta: nec etiam negari potest actus externos suscipiendi sacramenta, & indulgentias lucrandi esse moraliter bonos; ergo re vera habent rationem meriti, & non puræ conditionis tantùm in ordine ad præmium. Quod pariter suo modo dicendum de actibus externis malis in ordine ad pœnas, & censuras eis impositas; si namque actus mali habent diversas pœnas ab internis; igitur habent quoque diversas malitias, & omninò vanum est dicere illas pœnas esse actibus internis impositas dependenter ab externis; tanquam à conditione; ut enim constat ex ipsa Ecclesiæ praxi, re vera illæ pœnæ actibus ipsis externis imponuntur, ut veræ, & propriæ causæ demeritoriæ, & non tantùm tanquam conditioni. Si dicas Ecclesiam id facere, quia non judicat de occultis, ideoque contrà externa tantùm opera pœnas statuere. Contrà, quia hoc ipsum probat in eis esse distinctam malitiam ab internis; alioquin immeritò illis distinctæ pœnæ, ac supplicia imponerentur; si propriam turpitudinem non haberent; tùm etiam quia cùm Deus, qui de utrisque judicat, utrisque pœnam, vel præmium retribuit: sequitur in utrique propriam, ac distinctam bonitatem, vel malitiam reperiri.

ARTICULUS SECUNDUS.

Aliæ rationes promoventur ad idem.

QVartò principaliter: ex opposita opinione sequitur fidem, 271
& hæresim, ac universaliter omnes alios actus intellectus nunam habere intrinsecam bonitatem vel malitiam, & idem est de actibus virtutum in irascibili, & concupiscibili, sequela patet, quia hæ potentiæ nullam habent immediatam libertatem quam externæ. Ab hoc argumentum Medina *par.* 2. *q.* 20. *art.* 3. distinguit de actibus externis, nam in his, qui sunt omninò externi,

externi, ut sunt actus potentiæ executivæ dicit nullam esse intrinsecam bonitatem, vel malitiam: in actibus verò aliquo modo internis quamvis à voluntate imperatis non elicitis, ut sunt actus intellectus, vel appetitus sensitivi, ait propriè reperiri intrinsecam bonitatem, vel malitiam formalem, quia peccato hæresis, prout est in intellectu, inest propria malitia, & similiter in delectatione morosa, prout est in appetitu sensitivo. Suarez verò *sect.1.cit.* censet eodem modo loquendum esse de actibus intellectus, & appetitus sensitivi, ac de aliis quia actus intellectus non habet proprium voluntarium, & liberum; actus autem appetitus licet aliquo modo voluntarius esset, est tamen imperfectè, & non potest tendere in honestum, ut sic; undè si in intellectu, vel appetitu aliquis actus reperiatur sine consensu voluntatis propter ignorantiam, vel inculpabilem inadvertentiam, nulla est malitia; undè concludit hæresim, prout est in intellectu, ex se esse malam objectivè; tamen formaliter, & in ratione actus humani non esse malam, nisi prout subest voluntati, & idem ait de delectatione morosa in appetitu sensitivo.

272 Hæc secunda responsio, licet benè admittat paritatem à Medina negatam, ac etiam rectè dicat fidem, vel hæresim in intellectu, non esse formaliter bonam, vel malam, nisi prout subest voluntari; adhuc tamen perperam inquit illos actus esse bonos, vel malos, per denominationem tantùm extrinsecam ab interiori actu; hinc enim sequeretur hujusmodi actus fidei, vel hæresis, loquendo de bonitate, & malitia formali, non esse magis bonos, vel malos, quam sint actus indifferentes, quod de se patet falsum esse; consequentia probatur, quia etiam actus indifferentes, si imperentur ab alio actu interno bono, vel malo, efficiuntur boni, vel mali ab actu imperante per denominationem tantùm extrinsecam ab illo: cùm ergo in tali casu adhuc actus virtutis, & vitii debeant magis propriè, ac intrinsecè bonitatem, vel malitiam ab actu imperante participare, quàm faciant indifferentes, planè si hi tantùm per denominationem extrinsecam, bonitatem, vel malitiam formalem participare dicuntur ab actu imperante, illi quidem modo magis intrinseco eandem participare debebunt. Sed replicat Suarez, quod actus exterior quantumvis ex se bonus videatur, & rationi conformis, si tamen à malo interno actu, vel prava intentione imperetur, non est bonus, quatenus actus humanus est; ergo signum est in ratione actus humani solùm esse bonum per denominationem extrinsecam ab actu interiori. Contrà, quia hæc instantia militat nedùm de actibus externis aliarum potentiarum, sed etiam de ipsilmet ab ipsa voluntate elicitis; quantumvis enim hi actus sint boni, & rationi conformes, si tamen à malo interno actu imperentur, seù prava intentione vitiantur, & mali evadunt; & tamen hinc inferre non licet, quòd tales actus à voluntate immediatè eliciti sint boni, vel mali per solam extrinsecam denominationem ab actu imperante; aliùd ergo est dicere, quod actus exterior in ratione actus humani sit bonus, vel malus per participationem, & dependentiam ab actu interiori voluntatis: aliud verò quod sit talis per denominationem tantùm extrinsecam ab illo; primum enim tantùm ritè infertur ex instantia facta, non verò secundum, cum quo adhuc stat, quod actus exterior habeat propriam bonitatem, vel malitiam sibi intrinsecam, licet dependenter ab interiori.

273 Quintò probatur à Scoto ratione à priori: Bonitas moralis est integritas omnium eorum, quæ secundum rectam rationem operantis debentur actui; & malitia est carentia alicujus eorum; sed alia est integritas actus externi, & alia interni, ergo &c. minor probatur, quia actus externi sunt subordinati legi, & regulis morum; quibus conformari possunt, vel difformari, sicut interni; ergò habent aliam moralitatem distinctam ab ipsis, sicut unus actus internus ab alio; Quod verò actus sit in suæ potentiæ dominio, vel in dominio alterius potentiæ, cui subordinatur, nihil refert, quia sat est subesse dominio operantis. Nec obstat, si contendas eodem dictamine externum, & internum dirigi; quia etiam eodem dictamine duo actus interni, vel plures diriguntur, qui tamen habent distinctas moralitates. Conf. quia illa actio potest habere propriam bonitatem, vel malitiam, quæ per se sub præcepto cadere potest; sed talis est actio exterior; ergo &c. major patet, quia præceptum supponit aliquam bonitatem, vel malitiam in actu, quem præcipit, vel prohibet; minor probatur, quia ut constat ex Decalogo, uno præcepto prohibetur actus interior, scilicet, *non concupiscet rem proximi tui*; per alterum verò prohibetur actu exterior *non furtum facies*, ergo velle furari, & actu furari sunt actus etiam moraliter diversi, & habentes diversas malitias, ac saltem numero distinctas.

274 Respondent negando minorem; quod, scilicet, alia sit integritas actus interni, & alia externi; nam idem est dictamen utriusque quando sunt de eodem objecto; ut cùm voluntas vult furtum, & imperat potentiæ executivæ, ut furtum faciat; quia recta ratio, quæ dictat voluntatem non debere elicere actum furti, etiam dictat voluntatem non debere imperare potentiis inferioribus actum furti, nec potentias inferiores illud debere exequi; ex quo patet eadem esse requisita ad actum interiorem, & exteriorem secundum rectam rationem. Ad Conf. dicunt nullo illorum præceptorum prohiberi solum actum exteriorem, sed in altero prohibetur actus exterior, ut humanis, & ab interiori procedens: undè simul prohibetur interior illi conjunctus, quia non potest exterior esse malus separatus ab interiori; in alio verò prohibetur solus actus interior, qui potest esse malus separatus ab exteriori; oportuit autem ista præcepta distinguere ob hominum ignorantiam, qui putare poterant interiorem voluntatem non esse prohibitam, si non exit in actum exteriorem. Faber ad huius solutionis confurationem nititur ostendere diversum prorsus esse dictamen, quo dirigitur actus exterior, ab eo quo dirigitur interior, ac proindè diversam esse conformitatem unius ad rectam rationem à conformitate alterius, non tantùm numerò, verum etiam specie; Vulpes verò ait, quod licet bonitas, & malitia actus interioris, & exterioris sint ejusdem rationis, & speciei philosophicè in genere moris, quando sunt circà idem objectum à regula rationis propositum, & solo numero distinctæ; adhuc tamen theologicè confideratæ distinguuntur specie, si sint actus illi diversis præceptis conformes, vel difformes, quia theologicè loquendo actus boni, vel mali, specie distinguntur in ordine ad distincta præcepta, quibus conformantur vel opponuntur, ut docet Doctor 2.*distinct.6.quæst.2.art.uli. sub. Q.*

Hæc tamen doctrina nec solida, nec necessaria est: etenim 275
diversitas dictaminum specifica attenduntur penes objecta formalia, de quibus dantur, & circà quæ versantur; undè cùm in proposito si quæstio de bonitate, vel malitia actus interioris & exterioris, quando circà idem objectum versantur virtutis, vel vitii, plane dictamen directivum unius nequit esse specie diversum à directivo alterius, neque conformitas ad rationem, vel difformitas unius potest sic esse diversa à conformitate, vel difformitate alterius. Qua ratione ostenditur falsum quoque esse, quod Vulpes dicebat, quia diversitas præceptorum ad eandem virtutem pertinentium non inducit diversitatem specificam in actibus in genere moris, quia diversitas, quoque præceptorum specifica attenditur penes objecta formalia, de quibus dantur, & circà quæ versantur, ut dictum est *disp.5. Mor. qu.* 13.*n.*316.& 317. quà ratione universaliter ibi diximus peccata non inter se, specie, vel numero distingui ex distinctione rectitudinum hujus virtutis, vel illius, quibus privant, pro quarum indemnitate lata sunt illa præcepta: ut Doctor docet 2.*dist.*37. §.*ex hoc patet, & quol.*18. neque oppositum docuit 2.*dist.*6 *qu.* 2. *Q.* Sed tantùm ibi significat peccatorum distinctionem potius sumendam esse penes rectitudines actuum, quibus peccata privant, quam habituum, quod utique verum est, quia peccatum est privatio rectitudinis actualis debitæ in esse, non verò habitualis.

Neque etiam necessaria est doctrina ab his Scotis tradita, quia non contendit Doctor probare *quol.18.cit.* actum exteriorem addere interiori bonitatem, vel malitiam specie distinctam, sed tantùm numero, ut constat ex illis verbis *lit.R.* ubi ait ad propositum quæstionis sufficere, quod actus interior, & exterior possint habere convenientiam aliam, & aliam numero ad dictamen rationis, esto non sit alia, & alia specie; verum quidem est ibi quoque significare modum, quo possit defendi, quod sit alia, & alia convenientia specie actus interioris, & exterioris, quia nimirum aliæ conditiones, & circumstantiæ convenire possunt actui exteriori, quę non conveniunt interiori; nam actus exterior fieri potest nocendo proximo, vel ipsum adjuvando, quod actui interiori non convenit, qua ratione concludit actus illos non esse capaces cõveniẽtię omninò ejusdem rationis; sed tandem addit ad propositum quæstionis sufficere, quod estò habeat convenientiam, vel disconvenientiam ejusdem rationis sit alia, & alia numero: quia ubi est alia, & alia numero conformitas, vel difformitas ad rationem, ibi est diversa bonitas numero, vel malitia moralis; Quod autem numero multiplicari debeat difformitas, vel conformitas ad rectam rationem in actu interiori, & exteriori, esto idem sit utriusque dictamen, cui conformari debent; indè probatur, quia oportet respectum multiplicari, & diversificari secundum fundamenta, etiam si ad eundem terminum tendant, sivè sint respectus reales, sivè rationis, & ideò in proponendo argumento diximus non obstare, si contendatur eodem dictamine externum, & internum dirigi, quia etiam eodem dictamine duo actus interni, vel plures diriguntur, quia tamen habent diversas moralitates.

Respondent non valere paritatem de duobus actibus internis 276
eodem dictamen directis: & de interiori, & exteriori, quia illi duo actus interni censentur duo actus non tantùm in genere naturæ, sed etiam in genere moris, at actus interior, & exterior,

teriòr, licet sint physicè distincti; tamen exterior comparatur ad interiorem, sicut materiale ad formale: & ideò in genere moris censentur habere unum esse, quia habent unum voluntarium, unam libertatem, & consequenter unam bonitatem, vel malitiam, undè ità sunt subordinati, ut unum componant, neque exterior habeat rationem actus humani, nisi ut subsitat interiori. Sed Contrà, quia actus exterior, & interior dicuntur unus actus in genere moris, non unitate simplicitatis, & indivisibilitatis, sed tantùm unitate ordinis, ut Scot. notat *quol.18. cit. T.* quatenus unus per alterum est bonus, vel malus: hinc autem inferre non licet unam, & eandem indivisibiliter esse utriusque bonitatem, vel malitiam, quorum unum tantùm afficiat intrinsecè, alterum verò extrinsecè: imò potius oppositum: quia si actus exterior habet convenientiam ad regulam rationis per actum interiorem, sivè mediante actu interiori: igitur habet aliam quàm actus interior, quia idem non est causa, nec medium respectu sui ipsius; tum quia non solus actus interior natus est habere convenientiam, vel disconvenientiam propriam ad dictamen rectum, sed etiam actus exterior, & imperatus mediante illo; & licet sit idem dictamen, cui conformari debet hic actus, & ille, tamen ea, quæ conformantur sunt diversa, & ideò habent ex parte sui diversas conformitates, vel convenientias, licet ad idem; Neque ex eo, quod habent unum voluntarium, & unam libertatem, ritè infertur, quod habeant quoque eandem bonitatem, vel malitiam, quia aliud est libertas in actu, aliud verò moralitas; tum quia ut suprà dictum est *n.*263. in una, & eadem libertate plures species bonitatis, vel malitiæ fundari possunt, quæ sint in uno actu formaliter, & immediatè; in alio verò participativè, & mediatè, ut constat de intentione, & electione, quando medium est unicum.

277 Et ex hac eadem doctrina reiicitur quoque solutio ad Confirmationem principalis argumenti; si enim non solus actus interior natus est habere conformitatem, vel difformitatem propriam ad dictamen rectum, sed etiam exterior mediante illo; ergò eodem modo, nempè quatenus illi conjunctus, poterit cadere sub præcepto, & per legem præcipi, vel prohiberi, quatenus in se intrinsecè bonus, vel malùs dependenter ab actu interiori, atque ideò per illud præceptum negativum *non furtum facies* licet non prohibeatur solus actus exterior, ut ab interiori separatus, quia sic non est actus humanus, directè tamen, & immediate prohibito cadit suprà exteriorem, ut interiori conjunctum, qui se solo, & directè prohibitus fuit per aliud præceptum *non concupisces*; Confirmatur, quia potuit Deus ità legem ferre, & ordinare, ut magis esset ipsi acceptabilis actus externus cum interno bono, & magis displicens actus externus cum interno malo, quàm solus internus ejusdem omninò intentionis; quo casu utique magis directè, & immediatè caderet præceptum supra actum externum, quà suprà internum, & absque dubio peccatum externum superadderet malitiam interno, & actus bonus externus bonitatem actui bono in genere, de quo est quæstio; Cùm igitur dando præcepta decalogi distincto præcepto prohibuerit actum externum cum interno conjunctum, ab eo, quo prohibuit solùm internum, signum est de facto voluisse directè, & immediatè prohibere actum externum cum interno malo conjunctum, utpotè magis displicentem quàm solùm actum internum, atque ideò majorem malitiam superaddentem. Denique si actus exterior nullam addit malitiam super actum interiorem, postquam semel prohibitus fuit actus interior, opus minimè fuisset novo, & distincto præcepto rursus prohibere actum externum interiori conjunctum nam actu interiori, & efficaci posito, sive sequatur actus exterior, sive non, esset idem, & æquale peccatum; cùm ergo rursus prohibeatur distincto præcepto actus interior cum exteriori conjunctus, dicendum est ideo hoc factum esse, quia Deo magis displicet actus malus interior cum externo conjunctus, quàm sine illo; nec potest magis displicere nisi quia ex tali additione, & conjunctione crescit malitia peccati; Dices, magis Deo displicere actum internum malum cum externo conjunctum, non quia novam, & distinctam malitiam secum ferat, sed quia actus furti exterior nocumentum proximo affert, quod non affert internus; Sed Contrà; siquidem ex hoc ipso jam infertur, quod secum fert novam malitiam interno superadditam, nempè eo ipso, quod affert proximo nocumentum; hæc enim est peculialis disconvenientia ad rectam rationem in actu externo, quam non habet internus.

278 Sextò tandem probatur ex communi proverbio Italico, & Hispanico *à dicto ad factum est magnum spatium, vel est magnus tractus*, ergo cæteris paribus, actus externus auget bonitatem, vel malitiam, meritum, & demeritum operantis, adeo ut stante æquali difficultate operis, æquali ejus propositione, æquè intensa, & efficaci volitione, sola ea data differentia, quod in uno casu sequatur opus externum, in alio verò non, eo quod v. g. uni defuit pecunia, vel persecutor martyrium infligens, alteri non; uterque non est æqualis omninò meriti apud Deum; sed majus meritum habet, qui actum internum habuit conjunctum cum externo, quàm qui habuit solùm internum, etiamsi cum æquali intensione, & efficacia; hæc consequentia probatur, quia si uterque esset æqualis omninò meriti, jam à dicto ad factum non esset magnum spatium. Responder Arriaga, quod qui prorumpit in actionem externam bonam, vel malam, licet videatur majorem meteri pœnam, vel præmium; id locum solùm habet apud homines, qui exteriora facta, non actus indicant; apud Deum autem, qui corda scrutatur, solùm considerantur actus ipsi voluntatis, à quibus actiones illæ procedunt, quid verò reipsa secutum sit, non perpenditur à Deo; quatè proverbium illud vult tantùm habere locum apud homines, non apud Deum.

Sed quis non videt doctrinam hanc occasionem præbere negligendi opera bona exteriora, cùm totum meritum consistere dicatur in sola interiori voluntate, operaque bona externa nihil bonitatis, vel meriti secum ferre? undè minimè opus esset Concionatores populum exhortari ad bona opera facienda pro salute propria, sed solùm ad proximi ædificationem, internum non penetrantis; sed sufficienter exhortari ad habendam promptam, & efficacem voluntatem benè operandi, etiamsi voluntas in actum exteriorem non prorumpat; tùm quia in lege divina, ut vitam consequamur æternam, non tantùm precipiuntur actus interni, sed etiam externi, & in Inferno non tantùm puniuntur malæ voluntates, sed etiam mala facta, ut constat Matth. 25. ergo falsum est à Deo considerari prædisè actus ipsos voluntatis, neque à Deo perpendi quid reipsa exterius secutum sit; quod planè dictum mihi videtur omninò stultum, & insipiens, ne dicam temerarium, & suspectum, cùm potius ubiq; in Scriptura semper nobis inculcentur præsertim opera bona externa Matth. 5. qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno Cælorum, & *c.* 7. non omnis qui dixerit Domine, Domine intrabit in regnum Cęlorum, sed qui fecerit voluntatem Patris mei &c. & alibi frequentissimè.

Resp. secundò; proverbium illud verificari per accidens, & 279
occasionaliter, quatenus actus externi sæpè sunt occasio, ut homo plus meretur; qui enim patitur martyrium, plus meretur, quàm qui illud etiam efficaciter exoptat, quatenus dùm patitur occasionem habet novos, & plures, & intensiores actus internos eliciendi; & ex hoc capite inquit executionem ipsam rei honestæ, valdè conducere ad meritum augendum, & in hoc sensu ait intelligendos esse Patres, dùm dicunt majoris meriti esse actu tolerare tormenta, quàm velle ea tolerare; item dare actu eleemosinam, quam proponere se eam datùrum: Sed in primis jam diximus suprà *n.*261. hanc solutionem de augmento intensivo actus interni ex positione externi, non habere locum in omnibus actibus internis, nam ea quę fiunt ex metu potius tollunt ab actibus internis intensionem, & sic contingere potest in martyrio; quod cum actu tormenta torquet, remittatur potius voluntas efficax patiendi, quàm intendatur ex vi tormentorum; cùm ergo proverbium illud sit universaliter verum non tantùm explicati debet de augmento intensivo, sed etiam de extensivo, ut universalem habeat veritatem; undè neque illa explicatio sufficiens est ad intentionem Patrum dicentium majoris esse meriti actu tolerare tormenta, quàm velle ea tolerare; non enim loquuntur de augumento tantùm intensivo actus interni ex positione externi per accidens, & occasionaliter orto, sed de augmento extensivo bonitatis, & meriti, quod per se addit actus externus suprà internum, ut constat ex verbis Bernardi Ep.77. superius relatis, & ponderatis *n.* 268. & in eodem sensu loquuntur, cum dicunt hominem fieri pejorem & miseriorem ex positione actus mali externi, ut constat ex testimonio Augus. adducto *n.*261. quod adhuc clarius expressit Glos. super illud Exod. 20. *non mœchaberis*, dum inquit *quia prohibitum est malum voluntatem in opus producere, ideò contra prohibitionem illam faciens plus peccat*, unde tandem concludit, *qui opus adiicit voluntati, iniquitatem addit iniquitati*, ergo actus exterior verè, & propriè, nedùm intensivè, & occasionaliter, sed etiam extensivè, & per se addit malitiam actui interiori.

Respondet Salas de illa glossa decreti parum esse curandum, 280
neque rationem ejus alicujus esse momenti; nam licet prohibitum sit voluntatem malam exequi, tamen non alio præcepto prohibita est executio, & voluntas, sed eodem in substantia, licet propter rudiores tradita sint, quasi distincta præcepta de opere, & voluntate. Verùm licenter nimis, ac clato supercilio spernitur in proposito auctoritas glossæ, quæ in aliis materiis recipitur; & rationem quam adducit, validam esse satis constat ex dictis *nu.*277. ubi ostendi illa præcepta, quibus distinctè prohibetur, & actus malus internus, & executio illius, non esse unum præceptum, sed duo; atque ideò plus peccare qui ambo simul trahgreditur, quam qui unum duntaxat. Et planè hic Auctor præ cæteris nostram deberet amplecti sententiam; nam ubi alli communiter, dicunt bonitatem, vel malitiam actionis humanæ solùm esse intrinsecè in interiori actu voluntatis, in exteriori verò per denominationem tantum extrin-

trinsecam; ipse in solutione ad primam confirmationem argumenti noni, in qua urgebatur non posse actum externum dici bonum, vel malum per extrinsecam tantùm denominationem quia sic non esset propriè bonus, vel malus, sed tantùm figurativè, sicut medicina est sana, atque ità propriè non esset remunerandus, nec puniendus; respondet sub *num.49.* bonitatem, & malitiam formalem simpliciter, & propriè competere actui externo, ac proindè non per solam analogiam attributionis ad actum internum, sicut sanum analogicè dicitur de medicina per attributionem ad sanitatem animalis; in qua re rectè ait multos deeipi. Quod autem posteà subdit adhuc dicendum esse, quod actus externus, & internus eandem numero habeant bonitatem, & malitiam, non quidem physicè, sed moraliter, quia in moralibus ubi est unum propter aliud, ibi est tantùm unum, actus autem externus præcisè est bonus, ut subest interno: Hoc inquam, parum urget, quia ut suprà dictum est ex Scoto *quol.19. lit.S.* hoc tantùm infert unam esse bonitatem, vel malitiam actus interioris, & exterioris unitate ordinis, vel subordinationis, non verò simplicitatis, & indivisibilitatis. Nec pariter urget, quod ibi subdit, eandem poni debere bonitatem, vel malitiam interni, & externi actus propter identitatem voluntarii, & liberi; quia cùm libertas sit tantùm conditio vel fundamentum in actu prærequisitum ad moralitatem, non verò ipsa moralitas; non necessariò requiritur distincta libertas ad distinctam bonitatem, vel malitiam fundandam, ut constat ex dictis *n.*263. & 276. & amplius patebit ex modo dicendis in argumentorum solutione *n.* 286.

ARTICULUS TERTIUS.

Solvuntur Objectiones.

281 IN oppositum Primò obliciunt quamplures P. P. auctoritates, & præsertim axioma illud apud eosdem famigeratum, quod voluntas efficax apud Deum pro facto reputatur sive in bono, sive in malo, ubi factum excludit necessitas, quod ad verbum docuit Bernardus Epist.77. dùm inquit, *legimus, omnis qui odit fratrem suum, homicida est; & item, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est in corde suo; quid planius, quod voluntas pro facto reputatur, ubi factum excludit necessitas?* Hoc autem expresè colligi videtur ex Genes. 22. *quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi &c.* ubi Deus perinde acceptam habuit voluntatem Abraham, ac si reipsa filium imolasset; ut explicat Chrisost. *hom.*47. in Genes. dùm inquit, quantum ad voluntatem attinet, cruentaverat dexteram Patriarca, perfectumq; obtulerat sacrificium, idcirco, & Dominus, quasi Sacrificio reipsa consumato, laudat justum; Sic etiam Aug. de *lib. arb. c.*3. inquit, eum qui præcisè quia non valet, non concumbit cum aliena uxore, non minus esse reum, quàm si de facto concuberet; & in Epist. ad ait, *in voluntate bona metitur bonus bona facta, & in voluntate mala, malus mala facta, & in ea metietur ei miseria,* & sic pariter alii Patres absolutè dixerunt, quemcumque consecuturum esse mercedem, vel pœnam juxta mensuram suæ voluntatis, & voluntatem pro facto reputari, ubi opus perfici non potest.

282 Resp. his testimoniis opponi alia Patrum relata superius pro nostra sententia, quibus addi potest aliud D. Hyer. in illud 2. ad Corint.8. *nunc verò, & facto perficite,* dicentis, quod *si, ut inviti acceptum non est, ità voluntas infructuosa est habentibus eam sine facto;* veruntamen si præfatæ auctoritates ritè ponderentur, minimè nostræ refragantur sententiæ, & præsertim axioma illud, quod voluntas pro facto reputatur; hanc enim veritatem apertè docuit Scotus ipse, *quol.18. cit. lit.H.* ubi ait, quod non minus electio est bona, quæ fit propter finem debitum, esto quod per actum illum elicitum extra non attingatur finis electionis, quàm si attingeretur; sed planè ex hoc dogmate inferri nequit oppositum nostræ conclusionis, cùm Scotus idipsum doceat in ea ipsa quæstionem, ubi oppositè docet sententiam; sensus enim est, quod voluntas efficax pro facto reputatur quoad culpam, & reatum in malo; & quoad laudem in bono, non verò quoad quantitatem culpæ, vel laudis; rationè verò cur Patres ità absolutè sint locuti assignat Faber *num.* 57. quia apud multos peccata interiora voluntatis videtur esse parvi momenti, ac veluti peccata non esse, nisi sequatur actus exterior; ut igitur Patres hunc errorem universalem à mentibus hominum expellerent, ostendere nituntur, peccatum interius etiam sive opere exteriori habere plenam rationem bonitatis, & malitiæ, ità quod si est bonus, est vere meritorius, si malus, verè peccatum, si semel consensus voluntatis in opus malum perfectus fuerit, & plenus; at minimè Patres asserere intendunt quod actus bonus, & malus interior solus, sit æquè bonus, & malus quoad quantitatem bonitatis, & malitiæ, meriti, vel demeriti, perindè ac si illi additus esset actus exterior, cùm hoc ipsum alibi id æpus fateantur. Et sic etiam exponit hoc dictum, quod voluntas pro facto reputatur, ubi facultas deest, D.Bon. *dist.40.art.2.q.1. in fine*, cùm inquit, illud esse verum quantum ad sufficientiam ad salutem, & quantùm ad præmium substantiale, quia nemo amittit regnum Cœlorum ex hoc, quod non facit, quod facere non potest; non est autem verum quantùm ad præmii excellentiam, sive quantum ad præmium accidentale, sic enim opus externum addit suprà intentionis bonitatem; & in hoc sensu pariter intelligendum est, Deum accepta habuisse voluntatem Abraham, ac si reipsa filium imolasset; & ideò Bernardus ipse Epist. *cit.* ne quis ex illo dicto, quod voluntas pro facto reputatur, occasionem sumeret credendi æquè omninò merert apud Deum qui propter fidem Christi efficaciter vult martyrium, ac ille qui reipsa martyrium patitur; sub infert illa verba jam relata, *& si meritum fidei tantùm valeat ad justificationem sine martyrio, ac cum eo, non tamen tantùm valet ad cumulum meriti.*

Eodem modo exponi debet Aug. de *lib.arb.c.*3. non minus 283
reum esse, quid efficaciter desiderat cubare cum aliena uxore, sed non potest; quàm si in ipso facto deprehenderetur; nimirum quoad culpam, & reatum in malo; non verò quoad quantitatem culpæ, imo hæc ipsa auctoritas, quæ adducitur in *cap. si cui dist.*1. sic exponitur à Glossa, ibidem, scilicet, non minus rerum esse quoad reatum, & sufficientiam æterni interitus, quia consensus voluntatis in opus exterius sufficit sine opere exteriori ad peccatum mortale; aliam quoque addit Glossa expositionem, quod non minus reus est, idest, nihilominus reus est, quamvis ad factum non perveniat; non quia non plus peccet, si opus sequatur, quod patet ex eo, quia prohibitum est malam voluntatem in opus producere; sic ergo contrà prohibitionem illam faciens plus peccat, qui ergo opus adiicit voluntati, iniquitatem addit iniquitati; quæ est ipsissima Scoti ratio adducta *nu.*277. Cùm etiam Patres tribuunt ipsius voluntatis operibus commensurationem præmii, & pœnæ, loquuntur quasi per antonomasiam, quia sola voluntas est per se libera, nec actus aliarum potentiarum sunt boni, vel mali, nisi dependenter ab ipsa; qua ratione merita omnia solent tribui charitati, quæ est vinculum perfectionis, non quod aliarum virtutum actus merita non sint, sed quia in hoc à charitate dependent; possunt etiam illi Patres exponi de voluntate non tantùm eliciente, sed etiam imperante, quo pacto comprehenduntur etiã actus aliarum potentiarum, alioquin actus fidei non esset bonus, & meritorius. Denique sensus secundæ auctoritatis Aug. de se manifestus est, ac obvius; quod qui habet bonam voluntatem, vel malam, & opera ab ea procedentia, ratione voluntatis bonæ, vel malæ, præmiabitur, vel punietur, quatenus, scilicet, non præmiaretur, nec puniretur, nisi esset talis voluntas: nequaquam tamen dicit, quod illa sola sufficeret ad tantum præmium, vel pœnam, quanta corresponderet illi simul cum bono opere externo, vel malo.

Secundò, si actus exterior adderet propriam bonitatem interiori, sequitur, quod quanjò actus exterior esset perfectior tanto magis ipsum habens meteretur: sed hoc videtur refragari sententiæ Christi Lucæ 11. dicentis de Vidua, quæ misit in gazophilacium duo illa minuta, quod ipsa plus misit omnibus aliis, idest, plus meruit in mittendo. Conf. ex eo quod habet glossa in illud Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia,* quod, scilicet, satis relinquit omnia, qui affectum habendi omnia relinquit: undè videtur, quod actus exterior dimittendi omnia non sit de perfectione virtutis, & evangelicæ paupertatis, cui suffragatur D. Leo *serm.* 40. de jejunio decimi mensis, cum inquit, *fubinde æquatur merito, qui distat impendio, quia potest par esse animus, ubi dispar est census.*

Respondeo ex Bassolio: minimè opus esse, quod si actus ex- 284
terior est major, vel circà aliquod majus, habentem ipsum magis mereri, nisi cætera sint paria, scilicet, actus interior; undè si actus interiores sint inæqualis servoris, & charitatis, & actus exterior sit major, vel perfectior in habente interiorem minus intensum, tunc præponderat actus interior in eo, qui illum habet intensiorem, sicut est in proposito de illa paupere vidua, quæ ex majori fervori, & charitate misit illa duo minuta, quam alii longè plus dantes, & ideò plus misit, idest, plus meruit: quod deduci potest, attenta proportione facultatis eorum, quia illa dedit de ubi necessariis, divites verò illi de superfluis. Ad Conf. pariter inquit, quod quantùm ad præmium essentiale satis omnia relinquit, qui affectum habendi omnia dimisit: sed quantùm ad præmium accidentale aliquis plus meretur ille, qui relinquit omnia cum effectu, quàm qui cùm affectu solùm; vel dicatur quod satis dimisit omnia, qui affectum relinquit, quantùm ad sufficientiam, sed non quantùm ad excellentiam, & hoc pertinet ad perfectionem summam evangelicæ paupertatis: undè & Petrus relinquit naviculam cum effectu, & omnia reliquisset, si plura habuisset. Auctoritas D. Leonis videtur magis urgere, eo quod loqui videtur cæteris paribus, stante, scilicet, æquali difficultate operis & æquè intenta, & efficaci volitione in ambobus cum sola inæqualitate externi operis, & nihilominus ambos ponit in meritò

ritò æquales: sed juxtà modo dicta explicari potest de æqualitate meriti in ordine ad præmium essentiale non autem in ordine ad accidentale.

Præcipuum Thomistarum fundamentum.

285 Tertiò, est præcipuum adversæ sentententiæ fundamentum, ubi non est nova, & distincta libertas, neque est nova, & distincta bonitas, vel malitia, meritum, vel demeritum, quia hæc in libertate fundantur, sed in actu externo non est nova libertas, & distincta ab interno, ergo &c. minor probatur, quia actus exterior necessario sequitur ex efficaci voluntate, undè videmus externa membra obedire voluntati ad nutum. Neque sufficere videtur responsio superius insinuata *num.* 263. & 276. quod cum libertas sit tantum conditio, vel fundamentum ad moralitatem prærequisitum, non autem ipsa moralitas: non necessario requiritur distincta libertas ad distinctam bonitatem vel malitiam fundandam: & quod licet idem sit dictamen, cui conformari debent actus interior, & exterior, quia tamen ea quę conformantur sunt diversa ideò ex parte sui possunt habere diversas conformitates, vel convenientias, licet ad idem, ut ait Scotus *quol.*18. *D.* Non, inquam, sufficit, quia si unica est tantum libertas, ergo, unica tantum imputabilitas, ergo unica tantum moralitas: non enim est moralitas in actu secundum se, sed ut imputari potest operanti ratione libertatis. Tùm quia si unica tantum est proxima libertas in actu interiori, & exteriori, & idem est dictamen, cui conformari debent; unica etiam tantùm erit relatio conformitatis; quamuis enim actus sint duo, ratio tamen fundandi moralitatem unica tantùm est, & terminus unicus, ergo &c.

286 Respondeo in primis hoc argumentum, nedùm urgere contrà actum internum, & externum aliarum potentiarum à voluntate; de quibus præsertim hic est quæstio; verum etiam universaliter contrà actum imperantem, & imperatum etiam ab ipsa voluntate elicitum; nam actus imperatus non alio libertatis usu ponitur ab eo, quo ponitur imperans, si imperium sit efficax; sicut enim posito actu interno necessariò, & absque novà libertate sequitur actus exterior; ità etiam posito imperio efficaci, quo volo ex motivo pœnitentiæ elicere actum charitatis; non potest non sequi actus charitatis; ergo non habet diversam libertatem ab imperante, nec consequenter diversam moralitatem: quod tamen Adversarii non concedunt, cùm in actibus internis imperantis ab ipsa voluntate elicitis admittant reperiri posse bonitatem, nedùm numero, sed etiam specie diversam ab imperante, ac ità evenire, cùm voluntas sibi imperat actum unius virtutis ex motivo alterius; Itaquè responderi potest primò juxtà superius dicta negando majorem, quia cùm libertas sit tantùm conditio prærequisita ad moralitatem; non necessariò ad distinctam bonitatem, vel malitiam exigitur distincta libertas; undè bonitates plures, vel malitiæ specie distinctæ possunt in una, & eadem libertate fundari, ut constat, ex dictis ab initio *disp. n.* 5. & 6. Ad 1. impugnationem de imputabilitate dicendum, quod cùm hæc duos dicat respectus ex Scot. *quol.*18. *art.*2. unum ad potestatem, & dominium agentis; alterum ad præmium, vel pœnam; licet unicum sit fundamentum imputabilitatis utriusque actus, nempè unica libertas: cùm tamen multiplicentur termini posterioris respectus præmium, scilicet, & pœna interioris, & exterioris, imperantis, & imperati, consequenter etiam ex hoc saltem capite geminabitur utriusque imputabilitas, Ad aliam negatur consequentia, neque enim ad multiplicationem moralitatis in actibus est necessariò multiplicanda libertas; quia moralitas formaliter loquendo non convenit actui, inquantum liber, sed inquantum conformis, vel difformis ad rationem; libertas verò concurrit solùm ut fundamentum, vel conditio; & quamvis ratio fundandi sit unica, si tamen subjecta, vel fundamenta sint plura, plures adhuc censentur fundare relationes; quarè si eadem albedo, quæ est ratio fundandi similitudinem, in pluribus esset subjectis, utique plures, & distinctæ numero in eis resultarent similitudines, & plura similia dicerentur; & si plura objecta unico actu essent intellecta, & volita, adhuc plures relationes rationis fundarent ad intellectum, & voluntatem, non unam.

287 Deindè potest etiam negari minor, dicendo distinctam esse libertatem actus interioris, & exterioris, imperantis, & imperati, quatenus distinctum in utrumque actum videtur voluntas habere dominium, ut significat Scotus *quol.*18. *ad* 1. principale, quod erat hoc ipsum argumentum ex libertate deductum: Quomodo autem hoc sit possibile, Suarez, & alii loquentes de actu imperante, & imperato interiori ab ipsa voluntate elicito rem sic declarant, cum enim raro, vel nunquam imperetur actus voluntaris ità determinatè, & cogatur voluntas habere illum in eodem instanti, sed semper imperetur cum aliqua temporis latitudine; actus imperatus semper erit in se formaliter liber, quia licet perseverante eo proposito necessariò sequatur actus pro suo tempore; nihilominus semper est liberum voluntati mutare propositum, ac proindè quandò propositum exequitur, hoc non minus liberè fit, quam si propositum non adfuisset. Hæc tamen declaratio non salvat actum imperatum esse verè liberum quoad substantiam independenter ab imperante, sed tantùm quoad circumstantiam temporis; cùm enim dicunt actum imperatum posse non fieri tempore sequenti, quatenus voluntas potest ab actu imperante desistere, aliud non est dicere, quam actum imperatum eatenus esse in potestate voluntatis, ut non fiat, quatenus est in ejus potestate, ut ab imperante cesset; præterquamquod non solvitur argumentum in casu, quod imperium esset efficax pro eodem instanti, ut evenit de actu imperante interiori; & imperato exteriori.

Melius ergò hoc declaratur in hunc modum; quia quamvis 288
actus imperatus necessariò sequatur posito imperante, ut natura priori; voluntas tamen non se prius determitat ad imperantem quàm ad imperatum, sed simul ad utrumque duplicato, & geminato, ut ità dicam, libertatis usu; quia cùm imperium est efficax, inter intentionem, & electionem non potest intercedere consultatio, sed oportet ut prævideatur utriusque actus, & objecti difficultas, atq; necessaria inter eos connexio; itaut voluntas ad utrumq; simul determinetur; quamvis ter vato ordine eorum inter se, qui verè non est causæ, & effectus, sed duorum effectuum ab eadem causa, ut Doctor innuit *loc.cit.ad* 1. *prin.* & pro tanto dicitur libertas imperati dependere à libertate imperantis, quatenus non potest effectus posterior denominari liber, nisi prior denominetur prius talis, ut monet ibi Doctor: & quamvis posterior necessarius videatur ex suppositione; suppositio tamen libera est, & non est liberè volita, nisi ut habens connexionem cùm posteriori. Dices, licet pro priori signo antè actum imperantem voluntas sit indifferens ad utrumq; actum, illa tamen indifferentia omninò tollitur per positionem actus imperantis, itaut in illo signo medio pro quo intelligimus actum imperantem antè imperatum, nulla sit jam indifferentia ad imperatum ponendum, vel non ponendum, sed omnimoda determinatio. Respondeo, distinguendo duplicem modum, quo voluntatis indifferentia determinari potest, vel enim, determinatur per aliquid ex necessariò prærequisitis ad agendum, vel per aliquid ex concomitantibus: prima tantùm determinatio tulit indifferentiam voluntatis, in qua ità est libertas, non secunda; cùm ergò actus imperans comparari non debeat imperato, ut causa; sed tantùm, ut effectus; prior voluntas enim sola est causa actus imperati; licet non nisi, ut est sub imperante; consequenter etiam determinatio facta in voluntate per actum imperantem non tollit libertatem, cum sit facta per aliquod concomitans, non autem antecedens actum imperatum ordine causalitatis; quia ordo imperantis, & imperati, non est causæ, & effectus, sed duorum effectuum subordinatorum ab eadem causa; Quod hoc exemplo declarari potest, ponamus voluntatem se determinare ad actum eliciendum, ut sex actus totus simul ponitur in eodem temporis instanti; gradus tamen priores procedunt natura posteriores, & tamen actus iste quoad quemliber gradum eodem modo liber est, & à voluntate pendet eodem modo indifferenti; non alia certè de causa, nisi quia isti gradus sunt inter se tantùm ordinati ordine plurium effectuum ab eadem causa procedentium; hanc verò totam doctrinam de libertate actus imperati admittit Suarez *tom.2.de gratia p.2.lib.11.c.11. n.* 21.

Argumentum Nominalium.

Quartò: supposito actu interno, & voluntate omninò effica- 289
ci, actus imperatus, & præsertim exterior necessario sequitur absque novo libertatis exercitio; eodem enim modo obediunt potentiæ exteriores, & multò magis, quàm bruta: ergò sicut ex eo, quod equus movetur, quando ego volo, non augetur meum meritum vel demeritum: ita neque ex eo, quod moveatur pes, vel manus, tam enim necessarius est unus motus, quàm alter posita voluntate efficaci. Conf. si fingamus hominem sola voluntate posse immediatè movere baculum, sicut Angelus movet Cœlum: tunc certè motus baculi externus nihil merito addere posset voluntati moventi illum: ergò similiter non plus meretur homo movendo membra externa, quàm volendo movere: quod fuit argumentum quorundam Nominalium.

Respondeo, rectè dixisse Vasquez omnes teneri ad solutionem hujus argumenti; quia omnes concedunt simpliciter, & absolute loquendo actum potentiæ exterioris esse bonum, vel malum per participationem, eo quod immediatè subest voluntatis imperio: & solùm quæstio est, an bonitatem participet intrinsecè, an potius tantùm extrinsecè: & quidem in præfatis casibus nec Adversarii dicerent motum baculi, vel motum equi meritorium etiam per denominationem extrinsecam, nec actum humanum: ratio est, quam insinuat Doctor 2. *dist.*42. *infrà B.* quia moralitas participata illis tantùm actionibus potest convenire, quibus participata libertas convenire potest; hæc autem

autem tantùm earum facultatum actionibus convenit, quæ subsunt directo voluntatis imperio quoad earum fieri, & conservari; hæ autem sunt, quæ sunt ei conjunctæ; & in eadem natura cum ipsa radicatæ; cùm ergo cæteræ causæ naturales non ità subiciantur voluntatis imperio; sed tantùm indirectè ratione, scilicet, applicationis materiæ ad ipsas à potentia motiva immediatè elicitæ, & à voluntate imperatæ; hinc est, quod nullam penitus possunt earum actiones participare moralitatem; ut enim actio sit idoneum moralitatis subjectum ex Arist. 3. *Ethic. c.* 5. in fine ita debet esse libera, ut nedùm in principio, sed etiam in medio, & fine sit in potestate voluntatis elicientis, vel imperantis; ita autem voluntati subiicitur tantùm prævia nostra operatio, qua causa naturalis applicatur, prout refertur ad voluntatem hominis, & ab ea actu pendet, atque ita non actio bruti, vel causæ naturalis erit moralis, sed hominis applicantis; ex qua doctrina satis constat quid sit dicendum ad argumentum cum confirmatione.

290 Quintò, qui ex animo vult furari, & non furatur, eò solum quia non invenit, quod furetur, non minori supplicio dignus est apud Deum, quia quod non furetur est omninò illi involuntarium, & propter id, quod omninò involuntarium est, non est dignus majori, vel minori pæna; ergò qui ex animo vult elargiri eleemosinam, & non elargitur; quia eam non habet, non minus meretur, quàm si reipsa elargiretur, quia involuntarium est illi, quod non elargiatur.

Confirmatur, quia sicut involuntaria operatio nec pænam; nec præmium meretur; ità neque involuntaria operis carentia potest bonis bonam voluntatem habentis meritum minuere. Denique quia alias sequeretur, aliquem posse privari merito sola oppositione extrinseci impedimenti, ut si quis violenter mihi manus ligaret, ne darem eleemosinam; sed hoc est falsum, potius namque mihi duplicaretur meritum; sicut & Virgini, si pro fide violenter opprimeretur juxta illud, quod sancta Lucia dixit Pascasio, *si invitam iusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam*; quia nimirum, ut S. Thomas exponit, duplex præmium reportabit, unum pro virginitate custodita, alterum pro injuria, quam passa est.

291 Respondeo Adversarios quoque teneri ad solutionem argumenti concedentes actum exteriorem addere bonitatem, vel malitiam, meritum, vel demeritum in ordine saltem ad præmium, & supplicium accidentale; sic enim universaliter, & absolutè propositum probat carentem invitò martirio non ob id aureola privari; undè aliqui eorum; ut Vasquez, Serra, & alii id advertentes ex hoc argumento solùm deducunt, ut absurdum, quod posset aliquis invitò privari merito præmii, vel supplicii essentialis; gratis concedentes id minime absurdum esse in ordine ad præmium, vel supplicium acidentale; Quarè concedo volentem ex animo furari, & non furantem; eo quia non invenit, quod furetur, non esse minori supplicio exentiali dignum apud Deum; bene tamen accidentali, quod el adderetur per furtum re ipsa patratum; & hoc tantum concludit probatio illius assumpti, licèt enim carentia furti in eo casu sit involuntaria; adhuc tamen est carentia furti voluntarii, seu actionis externæ voluntariæ, quæ sequeretur, nisi impedimentum adesset; & ideò sicut talis actio, si sequeretur, specialem adderet malitiam, ac demeritum; ita ejus carentia, quamvis involuntaria, talem malitiam minuit, ac demeritum, & quod talis carentia sit involuntaria solùm infert, quod non minuatur malitia, & demeritum, quod operans incurrit per actum efficacem internum; cujus rei signum est; quod si quandò habemus voluntatem efficacem patrandi peccatum verbi gratia fornicationem, & interim aliquod interponitur impedimentum, in nos posteà reversi gratias Deo agimus de tali interposito impedimento, quod utique non faceremus, nisi concipemus opus externum aliquam addere malitiam, ob quam majori supplicio obnoxii fuissemus; & sic proportione servata pariter dicendum est ad aliud exemplum de eleemosinæ elargitione.

Ad Confirmationem concedo paritatem si intelligatur quoad præmium, vel pænam essentialem, & quoad meritum, vel demeritum, quod habet homo peractum internum; negatur verò si intelligatur quoque de præmio, vel pæna accidentali, ac demeritò, & demerito, quod haberet operans per actum externum; involuntaria enim operatio non affert meritum, vel demeritum, quia involuntaria; at carentia operationis voluntariæ aufert meritum, vel demeritum quod per eam haberetur, quod autem sit involuntaria carentia, solùm facit, quod non minuatur meritum, vel demeritum, quod operans habet per actum efficacem internum, ut dixi. Ad ultimum dico illud non esse absurdum, præsertim loquendo de merito in ordine ad præmium accidentale; clarum enim est, qui caret doctrina, virginate; & persecutore, impediri invitò ab aureolis, item qui carent Sacramentorum usu, invitò carent fructu eorum; inconveniens autem esset aliquem invitum impediri à salute, sed non à multis occasionibus ad cumulum meriti necessariis, constat enim Religiosos multas habere occasiones ad perfectionem spiritualium valdè utiles, quibus carent conjungati: De Virginitatis tamen aureola aliqui notat tribuendam esse, etiam si quæ virgo vi stupata esset ex adducto D. Luciæ testimonio, ut Aversa, quidam verò illud intelligunt solùm de corona spectante ad præmium essentiale, ut Serra, & alii; potest tamen dici juxtà expositionem D. Thomæ allatam, quod Virgò sic violata duplicem reportaret coronam, unam pro custodia virginitatis ab præmium essentiale spectatem; alteram pro injuria, quam passa est, aureolæ Virginitatis æquivalentem.

Tres alia Obiectiones dilutæ.

Sextò; qui sufficienter, & efficaciter vult dare eleemosinam, & mittens manum in crumenam non invenit pecuniam perindè est per se loquendo quoad bonitatem attinet, & meritum ac si eam dedisset, & è contrà qui in alium sagittam ejaculatur, & ex errore non occidit, perindè est ad culpam, ac si verè occidisset, non enim per illum stetit, quin sequeretur homidium, nam quantum est ex se posuit causam efficacem, ut necessariò illud sequeretur. Ratio est, quia nihil est objectum laudis, vel vituperii, nisi quatenus homo liberè se determinat ad illud, actus autem imperatus sive interior, vel exterior non determinat hominem liberè per suum exercitium, jam enim invenit potentiam omninò determinatam ad illum actum eliciendum: ergo non est laudabilis, aut vituperabilis ratione sui, sed solum in causa, quatenus actus imperans in suo exercitio determinavit potentiam ad illum actum habendum, qua determinatione posita nulla laudabilitas, vel vituperabilitas nova advenit per exercitium formale actus imperati, quod argumentum valdè exagerat Arriaga *loc. cit.* 292

Respondet Pallavicinus *loc. c.* aliud esse quærere de laudabilitate vel vituperabilitate, aliud de merito, vel reatu, illæ non augentur sine nova libertate, ut probat ratio indicata, at meritum vel reatus, licet non possit poni sine illis, tamen videtur crescere posse sine incremento illarum, tantùm ergò meritum, & tantus reatus non dicunt formaliter tantam laudabilitatem, vel vituperabilitatem præcisè, sed etiam includunt tantùm bonum, vel tantum malum, quod positum est ex probitate, vel malitia operantis, si enim bonum majus est, etiam posita æquali voluntate, congruum est Deum, ut communem retributorem, rependere majus præmium, si malum est majus, graviorem ultionem, & supplicium. Ex quo infert primò bonos actus exteriores prodesse tum ad minuendas pænas in Purgatorio, tum ad præmia hujus vitæ, tum ad aliquam gloriam æternam accidentalem quia cum his omnibus habent proportionem, deindè infert malos actus exteriores augere reatum pœnę, tùm in hac vita, tùm in inferno ex eadem ratione quantùm ad pœnam sensus. Tandem infert hos explicandos esse in confessione etiam propter hanc rationem, quippè ibi absolvimur non solùm à culpa, quæ reddit nos Deo odibiles, sed etiam à reatu, per quem redimur Deo punibiles. Si hæc doctrina vera, sufficiens erit ad solutionem argumenti, concessio namque quod supposito voluntate determinata per actum imperantem, nulla laudabilitas, vel vituperabilitas nova adveniat per exercitium formale actus imperati, adhuc negandum erit, quod adveniat novum meritum, vel reatus, si ex actus exterioris positione sequatur majus bonum, vel malum, nam in ordine ad hoc tenditur majus, vel minus meritum, vel demeritum, non autem in ordine ad majorem, vel minorem libertatem: siquidem cum æquali voluntate, & libertate potest quis elicere actum meliorem, vel pejorem, quam alter: quo casu magis mereretur, vel demereretur illo, licet non esset magis laudabilis, vel vituperabilis: quia operari supponitur ex æquali libertate, juxtà quam attenditur major, vel minor laudabilitas, & vituperabilitas.

Verùm hæc doctrina non satis arridet: quia ut docet Doctor *quol.* 18. *art.* 2. laudabile, & vituperabile, vel præmiabile, & punibile, quod continetur sub hoc communi, quod est imputabile, duos respectus importat: unum ad potestatem, vel dominium agentis, & alium ad aliquod correspondens actui, vel agenti secundum justitiam, scilicet, præmium, vel pœnam, & secundum sequitur ad primum, quia enim iste est dominus sui actus, ideo actui, & agenti debetur aliquid propter actum, primus respectus manet non variatus per se in actu bono, & malo: secundus autem, variatur penes aliqua correspondentia huic, & illi: bonum quippè sic est imputabile, quod ad laudem, vel præmium, malum autem sic, quod ad vituperium, vel pœnam, ex qua doctrina constat, quod si actus est magis meritorius, erit etiam magis laudabilis, si demeritorius, magis vituperabilis, atque ideò falsum esse, quod possit in actu augeri ratio meriti, vel reatus absque eo quod crescat ratio laudis, vel vituperii, quia hæc vel sunt idem, vel inter se omninò ex natura rei connexa: Verum igitur est, quod ait Pallavicinus posse crescere meritum, vel demeritum in actu absque ullo libertatis incremento, ut si unus det pro eleemosina solùm quadrantem, 293

tem, alter verò aureum; quod cum æquali libertate ab utroque fieri posse in dubium est: sed falsum est non crescere laudabilitatem, vel vituperabilitatem; quamvis enim hæc in libertate fundentur; & sine aliqua libertate consistere nequeant, tamen augeri possunt sine nova libertate ob variationem secundi respectus, quod importat imputabile, invariato primo respectu; si dicas, ubi non est nova libertas, non est nova imputabilitas; sed in actu exteriori non est nova libertas ergò &c. Occurrit Doctor distinguendo de imputabili; primò enim accipi potest proprissimè, pro eo quod est immediatè in potestate voluntatis, & sic solum velle est imputabile, alio modo imputabile dici potest, quod est simpliciter in potestate voluntatis, licet non immediatè: & sic actus alterius potentiæ, quem voluntas mediante actu suo potest imperare, ut eliciatur, vel impedire, ne eliciatur, est imputabile voluntati, quia tota coordinatio usque ad illum actum etiam includendo istum actum est in potestate voluntatis; tenendo igitur quod in actu exteriori non sit nova libertas juxtà primam solutionem datam ad 3. *num.* 286. major vera est de imputabilitate primo modo sumpta, non autem secundo modo; tenendo aliam responsionem datam *nn.* 286. negandæ erit minor. Cùm vero dicebatur, quod qui efficaciter voluit dare eleemosinam, sed non dedit, quia nihil in crumena invenit, quoad bonitatem, & meritum perindè est, ac si dedisset; & sic quoad malum de ejaculante sagittam ad occidendum, esto ex errore non occidat, quia per ipsum non stetit, quin sequeretur actus; patet ex dictis *n.* 261. hoc totum verificari quoad bonitatem, vel culpam, meritum, vel demeritum quoad substantiam: non verò quoad quantitatem bonitatis, & culpæ, meriti, vel demeriti præsertim in ordine ad præmium, vel supplicium accidentale.

295 Septimò; Bonitas, vel malitia in exercitio, ratione cujus actus exterior est laudabilis, aut vituperabilis, meritorius, aut demeritorius, una & eadem omninò est cum bonitate, vel malitia actus interioris: imò in hoc solùm est formaliter, & intrinsecè; in actu verò exteriori solùm extrinseca denominatione; ergò sicut sanum in urina non addit aliquid sanitatis supra sanitatem animalis, quia denominativum extrinsecum nihil formæ addit suprà denominativum formale; ità bonum, vel malum in exercitio in actu exteriori nihil bonitatis, vel malitiæ addit suprà bonum, vel malum actum interiorem voluntatis, sicque nec hominem meliorem facit, aut pejorem. Respondeo negando assumptum, quia si actus exterior esset tàtùm bonus, & malus per extrinsecam denominationem, non esset propriè bonus, vel malus, sed tantùm figurativè, eo modo quo medicina, vel urina dicitur sana, quia est judicium sanitatis, quæ propriè solum est in animali, atque ideò nec propriè esset remunerandus, vel puniendus, ut dictum est *num.* 280. cùm igitur, ut ait Doctor *cit. lit. T.* non solus actus internus natus sit habere convenientiam vel disconvenientiam propriè ad dictamen rectum, sed etiam actus imperatus exterior natus sit mediante illo habere talem convenientiam, vel disconvenientiam; consequenter dicendum est, quod habere possit propriam, & intrinsecam bonitatem, vel malitiam, licet dependenter ab illo. Dices, actus exterior non est nisi ad manifestationem virtutis ex Arist. 4. Ethic. ergo non poteſt dici bonus, nisi per putam analogiam, ac extrinsecam denominationem, eo modo quo urina dicitur sana, quia est manifestativa sanitatis animalis. Resp. ex Bassolio actum exteriorem non dici esse ad manifestationem virtutis, quia nihil in se habeat bonitatis, sed quia non est primo, & principaliter, ac per essentiam virtuosus, est tamen bonus, & perficiens felicitatem, vel conferens ad eam, sicut pulchritudo ex 1. Ethic. Dices, ex hoc sequi potentias executivas actuum externorum posse esse immediatum subjectum virtutis, quod est contrà Arist. in Ethic. Resp. ità esse ex Scoto 3. *dist.* 33. §. *ad quæstionem*, Arist. autem quando hoc negare videtur, loquitur de virtute in toto rigore, prout est habitus electivus, quo sensu utique non sunt virtutes in membris externis.

296 Postremò arguitur ex Ansel. de concept. Virg. *c.* 4. si Deus disceptando cum membris corporalibus diceret manui; tu occidisti, & pedi, ad malum locum justi; possent manus, & pedes, & omnia alia membra Deo respondere, quod Domina eorum voluntas hæc jussit, & Deus indidit eis ordinem hunc, quod obediant voluntati; ergò si esset aliud peccatum in actu exteriori, quam peccatum ipsius voluntatis imperantis, tunc hujusmodi peccatum retorqueretur in ipsum Deum, qui legem omnibus aliis tam membris, quàm potentiis inferioribus indidit, ut obediant voluntati. Respondeo ex Scoto 2. *dist.* 42. B. quod licet alia sit malitia in actu voluntaris, alia in actu alterius potentiæ, sola tamen voluntas dicitur peccare, imò peccatum alterius potentiæ sibi imputatur, quia malitia, quam actus voluntatis habet, non solum est in ipsa voluntate, & in ipsius actu, sed est ab ipsa voluntate in actu suo causata: at verò malitia, quæ est in actu Intellectus, vel cujusque alterius potentiæ, quamvis sit formaliter, & non per extrinsecam tantum denominationem; non tamen est ab illa, ut à causa, sed à voluntate movente, & regente, & ob id non dicimus quod intellectus peccat, quamvis verum fateamur, quod in intellectu est peccatum, sed quod voluntas intellectu errante peccat: undè benè distinguunt aliqui, quod in ordine ad peccatum aliud est subjectum inhæsionis, & aliud est subjectum denominationis: primum est potentia, quæ elicit actum difformem à regula rationis, altera est voluntas causans talem difformitatem in actu. Dices, Scotus ibidem docet materialiter tantùm esse posse peccatum in actibus aliarum potentiarum à voluntate; ergò non formaliter. Respondet Lichet. ibidem ideò Doctorem privationes rectitudinum tali actui inexistentes vocare materialiter peccata, pro quanto talis actus imperatus immediatè elicitur à tali potentia, quæ nullo modo tenetur dare rectitudinem actui suo; undè si actus est rectus vel obliquus, hoc non est; quia præcisè à tali potentia elicitur, sed quia imperatur à potentia libera, quę tenetur dare rectitudinem actibus aliarum potentiarum, quæ ipsius imperio subsunt; sed actus immediatè à voluntate elicitus dicitur formaliter bonus, vel malus ex hoc solo, quod immediatè elicitur à potentia, quæ tenetur dare rectitudinem tali actui. Addit etiam quod ideò in actibus aliarum potentiarum dicit Doctor esse peccatum materialiter, quia tales actus non possunt esse primò boni, vel mali, sed necessariò præsupponunt actum elicitum voluntatis bonum, vel malum, quo tales actus imperantur.

Quæres, an actus interior, & exterior sint unum, vel duo peccata; quæstio est magis de modo loquendi, quàm de re, licet Doctores maximè certent; possunt enim dici unum, & duo peccata: duo quidem partialia, unum verò totale, & integrale; pro quo notandum ex dictis, actum interiorem, & exteriorem bifariam considerari posse: uno modo in seipsis formaliter, & sic dici possunt duo peccata, quia uterque est aptus habere propriam bonitatem, & malitiam, quod Scotus significare voluit *quol.* 18. dùm dixit actum exteriorem addere malitiam interiori, & esse contrà diversa præcepta; in utroque enim multiplicatur subjectum, & forma, & ideò dici possunt duo peccata, quia sunt duo concreta. Alio modo considerari possunt, quatenus sunt adinvicem subordinati, & naturaliter connexi, & hoc modo dici possunt unum totale peccatum, quamvis habeant duplicem malitiam partialem, numero diversam, & hoc intendit Scotus 2. *dist.* 42. cùm dixit primò malitiam esse in actu interiori, & indè in exteriorem derivari: nam actus exterior naturaliter subordinatur interiori, à quo pendet in esse, & actus interior pendet ab exteriori, tanquam ab objecto, ac suo ultimo complemento, & hac ratione dicuntur unum peccatum. Hinc deducitur ratio, quare cùm quis fornicatur in Ecclesia, dicuntur duo peccata, & tanquam talia sunt confitenda, licet sit unus voluntatis actus, & tamen actus interior, & exterior homicidii dicuntur unum peccatum; ratio discriminis est, quia sacrilegium, & fornicatio ex natura eorum non habent connexionem, ac subordinationem adinvicem sicut actus interior, & exterior; undè sicut tectum, & fundamentum dicuntur facere unum ens artificiale, nempè unam domum, ità communiter dicitur actum interiorem, & exteriorem facere unum ens moralè: externus enim libertatem accipit ab interno, & hic consumationem ab illo, & ità coalescit ex eis unum integrale, totale, & completum peccatum; Si tamen uno actu interno imperes externum duabus virtutibus adversum, ut homicidium in Ecclesia, erunt duo peccata ob rationem adductam, quia sacrilegium, & homicidium non habent inter se connexionem, vel subordinationem. Hinc sequitur sufficere, quod in confessione, dicas, occidi, furtum feci &c. quia actus internus, & alia requisita facile intelligunter, & hæc est etiam mens D. Bon. 2. *dist.* 42. *art.* 1. *qu.* 1. Vel brevius, ut ait Bassolius ibidem, dici possunt unum peccatum & plura, unum unitate ordinis, non autem simplicitatis, vel indivisibilitatis, quo etiam tantùm sensu actus interior, & exterior censentur esse unus actus humanus; quando enim unum est propter aliud, est tantùm unum in hoc sensu, ut docet quoque Scotus *quol.* 18. *art.* 3. Hinc etiam facilè solvuntur argumenta, quę pro utraque parte solent adduci, aut enim probant unumquemque horum actuum in se formaliter consideratum propriam possidere malitiam, & non esse unum peccatum unitate indivisibilitatis, quod gratis concedimus; aut unam tantum habere malitiam totalem, unamque unitate ordinis, unumque conficere peccatum integrum in ordine ad confessionem, quod non negamus. 297

QUÆSTIO SEXSTA.

An dentur actus indifferentes tam in specie, quam in individuo, qui nec boni sint, nec mali.

INstituitur quæstio de actibus liberis, & deliberatis; non verò de his, qui ex defectu libertatis, & deliberationis 298

boni